





5-3.g.43
13.8.21

THEODORI GAZAE LIBER QVARTVS, DE CONSTRUCTIONE

structione partium orationis, conuersione & explanatione Heliæ Andreæ Burdigalensis illustratus.



LVTETIAE

Apud Vascosanum, uia Iacobæa ad insigne Fontis.

M. D. LI.

CVM PRIVILEGIO.




HELIÆ ANDREÆ BVRDIGALENsis in librum quartũ Theodori Gazæ, ad nobilissimum & eruditissimum uirum Sebastianum à Guichia

Præfatio.



ÆPENVMERO uehementer optaui, Sebastiane à Guichia generosissime, ut Theodori Gazæ grammaticarum institutionum liber quartus sic ab omnibus Græcarũ literarum studiosis legi posset, ut intelligeretur. Non enim dubitabam quin is tanto cæteris præstantior & utilior esset, quãto uideri solet obscurior, præsertim cum reliquorum utilitas ex hoc pendeat. Siquidem in prioribus libris materia præparatur ex qua fiat oratio, in hoc uerò eadem construitur & coagmentatur. Itaque doctissimos uiros huius ætatis intelligimus magni quidem ipsos facere omnia Theodori uolumina, neque dubitare cuiuis grammaticorum ueterum illum cõferre, uel etiam anteponere, hũc uerò librum præcipuè laudare & admirari solitos esse. Gulielmum quidem Budæum seculi nostri decus maximum, tantũ audio huic libello Theodori tribuisse, ut putare se diceret nihil unquam in simili genere elucubrari potuisse præclarius, licet obscuriorem esse fateretur. Id quod ex Græcis recentioribus etiã prouerbio notauit Cõstantinus Lascaris eo, quod in librum Heracliti ab Euripide sibi oblatum usurpauisse olim Socratem memoriæ proditũ est, nimirum dicens eum Δηλίου κολυμβητοῦ δεῖσθαι. cum alioqui laudabilem imprimis & perutilem, siquis eum intelligat, sibi uideri testatus sit: propterea quòd in eo priscorũ Grammaticorum uirtutes adumbratæ sint. tametsi expressas uerius dicere poterat. Quamobrem pro eo studio Græcarum literarũ quo iamdiu incensus eram, sæpe mihi uenit in mẽtem optare, ut hic liber ab aliquo illustraretur eorum qui in eis literis excellerent. Interdum uerò cum in dies fieri celebriora hæc studia illustrioráq; uiderem, & multos multa in hoc genere commentari & in uulgus edere, etiam speraui fore tandem, ut aliquis mallet de studiosis bene mereri hũc librum expla-



nando, quàm nouos grãmaticos libros scribendo post Theodorum: præsertim cùm haberet exẽplum doctissimi uiri Erasmi Roterodami quod sequeretur. qui cum alia grauiora studia tractaret, sumere tamen hanc operã uoluit, ut duos priores eius libros illustraret. nõ tam, ut existimare licet, quòd eos ualde obscuros iudicaret, sicut re uera non sunt, quàm quòd aliquem suo exemplo ad obscuriores eiusdem operis libros explanandos inuitare cuperet. satis habẽs suum de Theodori libris iudicium omnibus hoc modo testatũ relinquere. Cùm autem frustra me aliquãdiu ea spes habuisset, & iam nõnulla multorum annorum opera & diligẽtia ꝓgressum aliquem in Græcis studiis fecissem, cœpi tandem ipse de eo cogitare quod si rectè succederet, multis gratissimum fore uidebatur, ut eum librum Latinum facerem, & explanarẽ, quem si quis ante me illustrasset, ab eo magno me affectum beneficio pro mea parte putassem. Neq; uerò me uel retardauit in uulgus iam recepta quorundam opinio, existimantium minus gloriosum aliena scripta quàm sua explicare, & uulgo uenditare: uel rei difficultas impediuit, cùm etiã Delium illũ natatorem quo erat opus, si quis fortè repertus esset, difficile uideretur in tanta nocte alicubi non offendere. Quandoquidẽ nec studio laudis adductus in hanc palæstram descendi, nec alioqui non libẽter meam ipsius laudem quamplurimorum utilitati condonauerim. quanquam nostra sunt quæ in aliena scripta commentamur, & optimos libros atq; in arce Mineruæ iam cõsecratos, quamuis alienos, nõ incommodè interpretari & explicare semper laudabilius esse duxi, ꝙ̃ nouos scribere, nõ deterrimos fortasse, sed minime necessarios. Difficultas uerò etsi aliquanto me mouit magis, ꝗ cùm omnes laudarẽt, nemo fere attingeret, ex eo facilè, quamuis tacentibus omnibus, intelligeretur quàm obscurus liber esset (nã Lutetiæ quidem ab uno Iacobo Tusano Regio Grecarũ literarum professore, uiro probissimo, & egregiè cordato semel tantùm publice enarratum fuisse audio. & Patauij ab uno item Lazaro Bonamico, precipuo non solùm illius florẽtissimi Gymnasii, uerumetiam Italię totius ornamento memi-

ni, túque

ni, túq; certò scio meministi qui illum assiduè audiebas) labore tamē fretus & diligentia, quā quo minus ingenio possum mihi subsidio comparaui, abiecta omni cunctatione opus sum aggressus. Itaque ad ipsum absoluendum quærēs & inuestigans quicquid necessarium uidebatur, attētissimè legi Apollonii Alexandrini qui δύσκολος cognominatus est, libros quatuor περὶ συντάξεως, ex quibus multa descripsisse Theodorum cognoui. legi præterea quicquid nancisci potui librorum grammaticorum quod ad rem facere putarem, nō solùm eorum qui impressi uulgò leguntur, sed etiam eorum qui suppressi in tenebris adhuc delitescunt. Qua in re uir doctissimus & candidissimus Iacobus Gopylus medicus multū me & libenter adiuuit, ut est librorū Græcorum sagacissimus indagator. Aristotelē uerò & eius interpretes interdū etiam in cōsilium adhibui, quibus Theodorus utitur, dum, quoties ei commodum uidetur, etiam philosophatur in grammatica, quæ res eum obscuriorem reddidit. Cū enim causas quærerē eius obscuritatis, duas potissimum inueniebam: primū quòd homo maximè φιλαρχαῖος, ualde tum Apollonio tum Aristotele delectatus, eorumque orationi assuefactus, rerum antiquitatem priscis uerbis, non tritis communi recētiorum grammaticorum usu, eloqui uoluit, id est tum Aristotelicis, tum Apollonianis. deinde quòd in tantam breuitatem, quātam uidemus, mirabilem quandam rerum uim & copiā præceptis, rationibus, exemplis penè infinitis, nō fictis ex tēpore, sed ex locupletissimo quopiam authore petitis, refertam ac stipatam contraxit. Hanc autem his de causis necessariam obscuritatem ipsum quoq; Theodorum animaduertisse, uel illud argumēto est, quòd interrogationibus librum explanare, si uita suppeditasset, sicut ex fine eiusdem libri intelligi potest, constituerat. Ego uerò iis diligenter conquisitis quæ necessaria uisa sunt susceptæ rei, quid potissimum secutus sim iam superest, ut ostendam. Nactus codicem Græca exaratum arundine, & eum iam uetustatem aliquam præ se ferentem, ex eo Græcum Theodori contextum, ut erat ubique parum scienter impressus, aliquot locis emendaui, quan-

quam ne ille quidem satis emendatus erat. sed quicquid immutaui, aut in illo ab impresis codicibus diuersum reperi, eius in mea explanatione admonitum lectorem uolui, ut ipse iudex esset. tametsi multa sunt leuiuscula, ut quomodo legas nihil propemodū interesse uideatur. Sic autem Latinum feci, ut quoad eius fieri potuit, uerbū de uerbo expresserim. nam omnino, neque Latinus sermo cum Græco non usquequaque cōgruens patiebatur, neque alioqui commodum erat: ne si rudibus tantùm consulerem, cæteri se contēptos quererentur. quod præcipuè uereor ne mihi in uertēdis exemplis acciderit. quam uersionem fortasse tutius erat mihi, præsertim magno laboris & temporis compendio, nō attingere: fuit enim ea in parte, ut maximè lubrica, facilis mihi lapsus. Sed ego certè nullum periculum mihi reformidandum putaui, dū quamplurimis prodessem: præsertim iis quibus hæc studia non ita pridem ingresis manus adhuc ubiq; porrigenda est. In explanādo uerò libēter, pauculis locis exceptis, ipsius Theodori breuitatē sum secutus: sed ita, ut quicquid ad iustam lucem necessariū uisum est, breuiter perstrinxerim, idque Latine: quæ uerò minus erant necessaria, sed tamen apta & accommodata rei, ex Græcis authoribus describenda putauerim: uersione interdum subdita, interdum ne longior essem, & aliquam tādem rationem eruditiorum uiderer habuisse, quib⁹ hic liber uidetur planè scriptus, omissa. Cæterùm exempla quorum, sicut iam diximus, in hoc libro mirabilis est copia, omnia fere unde sumpta sint indicauimus, saltem Homerica. Iam uerò quid cōsecuti simus, unusquisque pro sua æquitate iudicabit. quod præstare certè potuimus, id libenter præstitimus, etiam plus conati fortasse q̃ potuimus. Sed in rebus præclaris non solùm contendisse, & elaborasse, uerumetiam uoluisse magnæ laudis instar est. & Græcū prouerbium monet, cùm ad summū contenderis, aliquid esse si in medio cōsistas. ἄκρον λαβὲ, καὶ μέσον ἕξεις. Equidē laborem hunc non solùm facilem sed etiam dulcē mihi fuisse affirmare possum: tanta animi alacritate eū suscepi, & cupiditate gratificandi cùm omnibus Græcæ linguæ studiosis,

tum

tum præcipuè Gallicæ nobilitati. quę diuino Francisci sapiē-tissimi Regis instituto sic hodie harum literarum & omniū ingenuarum artium studium amplectitur, ut iam nescias sapientiæ laude, an belli gloria magis excellat. Quanto enim attentius librum considerabam eum uertendo & explanando, tāto magis eius utilitatem perspiciebā. ita singulari quadam ratione & uia, plane Aristotelica, in tradenda iungēdarum partium regula prudenter omnia definiuntur, diuiduntur ac distinguntur. Ordo uerò etiā is est, quem natura rei postulat, ut hac ex parte nihil hoc libro sit apertius. Nā ut eius summā paucis persequar, ab ipsis elementis auspicari uoluit Theodorus. ex quibus certa ratione iunctis syllabæ fiunt, ex syllabis autē dictiones, & ex dictionibus oratio. Et quia his omnibus quædam communiter accidūt, ut μεταθέσεις, πλεονασμὸς, ἐλλείψεις, διαιρέσεις, & alia eiusdē generis, ea persequitur statim post literarum tractationem, ad barbarismum & solœcismum properans, hunc orationis, illum dictionis ἁμαρτήματα. Mox rectam constructionem partium docet. primùm omnium simul communi quadam ratione ex communibus earundem accidentibus, quatuor ferè pagellis. deinde singularū separatim, ex propria cuiusque natura, toto reliquo uolumine: eum seruans in singulis tractandis ordinem, quo illas Græci uulgò numerāt à nomine & uerbo incipiētes. Atque adeò plenè docet & diligenter, ut in locupletissimæ linguæ Græcæ instrumento amplissimo & compositissimo ne minimus quidem apex sit, cuius rationem structurę nō complectatur. ut non solùm quatuor libris Apollonii, sed etiam omnibus simul uoluminibus, quotquot extant eadem de re composita, multo dici possit amplior hic libellus. Ex quo uelut perenni quodam fonte iam uidere licet non multos modò riuulos, sed etiam ingentia commētariorum flumina decurrere. Itaque conanti eum aperire omnibus studiosis, & in iis præcipuè Gallicæ nobilitati, cuius studiis eo magis faueo quàm cæterorum, quòd reliquæ multitudinis Gallicæ studia continent & sustentant, quî potuit non iucundus mihi meus esse labor? Præsertim cum in eo numero essent filij illustrissi-

mi uiri & equitis splendidissimi, Iacobi Angennæi Rambolleti domini, mihi à patre in disciplinam traditi, adolescentes Latinis Græcisque literis iam bene docti, & quod patriũ nomẽ sonat, planè generosi. Esses præterea tu, optime Sebastiane, & quidem imprimis, cuius non solùm studia uehementer amarem, sed etiam multa & egregia in me merita agnoscerem. Essent denique præstantissimi, ornatissimique uiri Ioãnes Monlucus, Hieronymus Burgensis à sancto Petro Cœnobiarchus, & Franciscus Barresius, omnes iam inde ex quo in Italia erant, ille Venetiis Regius orator, hi Patauij studiorum causa, optimè de me sanè meriti. cùm tu paulò antè quibuscunq; rebus potueras, ita in iis locis mihi ægro subuenisses, ut quod ex eo tempore uiuam, tibi ex omnibus mortalibus maximè acceptum ferre debeam. Neque uerò tu, aut illi me non constanter postea dilexistis, uobísque multis nominibus deuinxistis, ut non facilè expedire possim, cui plurimũ ex uobis quatuor debeam, nisi tu cùm uetustate beneficiorũ, tum opportunitate anteires. Accedit etiam familiaritas epistolarum, testis summæ beuolentiæ dicam an humanitatis? Qua me, dum Patauij languerem penè exanimis, nũc è Gallia, nunc è Germania cùm eò Lazarum Baifium uirum literis interioribus eruditissimum, publicæ legationis munus obeuntem comitatus esses, sæpe consolando ad aliquã spem erexisti. Quo fit, ut cum uobis omnibus maximam gratiam habeam, neminem ægre laturum putem, si quasi tibi maximè deuinctus, ita primum studiorum meorum fructum tibi deferam & dedicem. Nec uerò, ut omnia tua merita erga me remoueamus, per te nõ dignissimus es hoc honore. Nam ut de ea ipsa uirtute tua quam ego imprimis sum expertus, qua homines proximè ad Dei præstantiam accedunt, in uniuersum dicam, quamplurimos possem cõmemorare quibus ægris & egentibus opem tulisti, & tanquam Deus quidam ἀπὸ μηχανῆς apparuisti, Gallos, Italos, Germanos, quibuscum nihil tibi fuisset unquã rei: quod tu ignorare omnes uolebas, ego celare neminem possum, aut debeo. Quamobrem non mirum est si te omnes amant & laudant, cùm nul-

la uirtus sit benignitate amabilior, aut laudabilior, qua nemo te unquam superabit. ut alias omittam præstantissimas artes & uirtutes tuas. utriusque iuris sciētiam, in qua doctoris nomen & insignia Bononię meritus & adeptus es: multarum linguarum peritiam & usum, non solùm uulgarium, Italicæ, Hispanicæ, Germanicę, sed etiā elegantium, Latinæ, Græcæ, Hebraicæ, in qua pręcipuè tantū te profecisse intelligo ex iis qui iudicare possunt, ut uel cū iis qui nihil aliud profitētur, comparari posis. præterea studium cognoscēdi exterarum gentium mores, & disciplinam, quo studio adductus longinquas profectiones sępe suscipere solitus es. deniq; singularem modestiam tuam & pietatem in parentes, & fratres tuos. Quæ laudes quo sunt hodie rariores in ordine uestro, eo plus admirationis habēt, & minus credibiles uidentur. ut mihi uerendū esset ne hæc de te uiderer fingere, nisi q̄ plurimis essent nota, nisi eadem pr ędicarentur ab omnibus qui te nouerunt, nisi certò scirē fore, ut omnes à quibus cognosceris posthac, multo plura quę prætereo in te agnoscant, & admirētur. denique nisi omnium maiorum tuorum, & in primis clarissimi equitis & grauissimi uiri Petri à Guichia patris tui ea semper fuisset domestica disciplina, uirtus, & existimatio, ut quicquid de te, fratribúsque tuis summa cum uestra laude, & gallici nominis, uno omnium ore prædicatur, facilè tueri posit. Quos ille beatissimus senex omnibus publicis honoribus perfunctus genuit, non solùm lineamentis corporis, & spectabili procęritate, sed etiam moribus, & dotibus animi sui similes: ut quasi diuinitus ornatum septē clarissimis luminibus ab uno heroe, & illustratum hunc gallicū orbem miraremur. Tot enim uos reliquit suarum præstātissimarum uirtutum hæredes. Alios bellicis rebus iam clarissimos: Gabrielem omnium natu maximū, torquatum equitem, Hērico Regi charissimū: Georgium, & Carolum, in interiorem illam, & nobiliorem Regiæ domus cēturiam cooptatos. Alios pacis artibus: Claudium episcopum Mirapicēsem multis legationibus cum summa sapientiæ laude iam functum: Franciscum ecclesiæ Matisconensis decanum, & à

sancto Saturio Cœnobiarchā: Philibertum nobilissimæ & opulentissimæ Salangianæ domus dominum. denique te ipsum, quem ego nisi tu ita uelles, esséque omnium natu minimus, nūquam postremum nominarē. Omnes certè omnibus uirtutis, & fortunæ ornamētis præditos. Sed quid ego te, domumque tuam omni laude superiorem laudare tamē insisto? præsertim ad te scribens, qui facere laudabilia, q̄ laudari mauis. Accipe igitur, Sebastiane à Guichia generosissime, librum quartum Theodori Gazæ à nobis aliquot locis restitutum, uersum multò commodius quàm antea, & planè illustratum. munus certe dignum te, si ex ipso doctissimo authore Theodoro ipsum metiare, sin ex interprete & explanatore me, fortasse non item. Sed qualecunque est, tibi, ut spero, non iniucundum erit, siue quia optimo animo, gratissimóque tibi dari intelligis, siue quia nō paucis, ad quos perueniet, non innutile futurum tu ipse legens poteris cognoscere.

PRIVILEGII SENTENTIA.

CAVTVM *est authoritate supremi senatus, nequis alius præter* Vascosanum, *hunc quartum librum* Theodori Gazæ, *de constructione partium orationis, conuersione & explanatione doctiss. uiri* Heliæ Andreæ *Burdigalensis illustratum, ante sexennium imprimat, néue uẽdat. Qui secus fecerit, libris & pœna in sanctione æstimata multabitur.* Lutetiæ *Parisiorum* XIII. Cal. *Septemb.* M. D. L.

Du Tillet.

Epigramma Angeli Politiani in Theodorum Gazam.

Κεῖτο μέγας πότ' ἀνὴρ Γαζῆ Θεοδώροιο ἀμφὶ
  Μούσαις τ' Αὐσονίαις καὶ Ἑλικωνιάσι.
Ταῖς μὲν γὰρ χήρην, ταῖς δ' αὖ θρεπτήρι' ὄφειλεν.
  Ἑλλάσ γὰρ τίκε τόν γ', Αὐσονίη δ' ἔτραφεν.
Ἶσον δ' ἀμφοτέρων σοφίῃ γλώττῃ τ' ἐκέκαστο.
  Τὸν δ' οὔτ' αὐτὸς ζῶν, οὔτ' ἄρ ἔχειν θανών.
Ἀλλὰ καὶ Ἰταλίης μεγάλῃ ἔπι Ἑλλάδι κεῖσθαι
  Εἵλετο, ὄφρα κλέος ξυνὸν ᾖ ἀμφοτέραις.

Aliud eiusdem.

Heu sacrum caput occubuit Theodôrus, & hora
  Vna obiêre omnes relliquiæ generis.
Nec tamen hoc querimur, nimis est potuisse uideri,
  Non erat hic nostro tempore dignus honos.
Hoc dolet heu, quòd neutra patri est nunc lingua superstes,
  Quæ mittat iustas manibus inferias.

Aliud.

Cùm terram hinc nosset Theodôrus, & aêra & undas:
  Iam restant, inquit, sydera, terra uale.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΗΣ ΕΙΣΑΓΩΓΗΣ ΤΩΝ ΕΙΣ ΤΕΣΣΑΡΑ ΤΟ. Δ.



Λοιπὸν δὲ περὶ συντάξεως τῶν τοῦ λόγου μερῶν εἰπεῖν. γραμματικοῦ γὰρ καὶ ἡ περὶ ταῦτα θεωρία. καὶ τῆς γε τοιαύτης συντάξεως, καὶ τοῦ λόγου ἕνεκα πραγματεύεται ὁ περὶ ἑκάστου τῶν ὀκτὼ τοῦ λόγου μερῶν σκεπτόμενος, ὡς ἔχει ἤτοι κλίσεως, ἢ σχηματισμοῦ, ἢ προσῳδίας, ἢ ὀρθογραφίας· καθάπερ καὶ ὁ διαλεκτικὸς τοῦ συλλογιστικοῦ λόγου ἕνεκα, περὶ ὀνόματος, καὶ ῥήματος, καὶ προτάσεως θεωρεῖ. λεκτέον δὴ νῦν καὶ ὅπως ἂν τὰ τοῦ λόγου μέρη ἀλλήλοις ὀρθῶς συντιθέμενα ἀπαρτίζοιεν τὸν λόγον, ἵνα τέλος ἡ εἰσαγωγὴ ἔχῃ. καὶ διαιρετέον ἀκριβέστερον ἕκαστα, καὶ ὁριστέον ἐνταῦθα.

THEODORI GRAMMATICAE INSTItutionis liber quartus, interprete Helia Andrea Burdigalensi.



RELIQVVM est ut de cõstructione partium orationis dicamus. est enim hæc etiam commẽtatio grãmatici. Nam is huiusmodi constructionis & orationis causa commentatur, qui de octo partibus orationis considerat, quæ sit cuiusque uel declinatio, uel formatio, uel accẽtus, uel orthographia: quemadmodum etiam dialecticus ratiocinationis causa de nomine, uerbo, & propositione quærit & speculatur. Dicendum est igitur etiam quo pacto orationis partes recte inter se coniunctæ orationem perficiant, ut hæc nostra finem habeat institutio. Atque diuidenda diligentius in hoc libro singula, & definienda sunt.

EIVSDEM HELIAE ANDREAE BVRDIG. EXPLANATIO.

ΛΟΙΠΟ͂Ν δὲ περὶ συντάξεως.) *Veteres Grammatici artem suam diuiserunt in* μεθοδικὴν *&* ἱστορικὴν, *sicut Fabius tradit. Historice authorũ enarrationẽ profitetur. Methodice uerò artis præcepta continet: habetq́; partes quatuor,* ὀρθογραφίαν, προσῳδίαν, ἐτυμολογίαν, σύνταξιν. *Ad tres priores pertinent quæ de singularum di-*

ctionum declinatione, formatione, accentu, tempore, recte scribendi ratione tribus libris antea complexus est Theodorus. Nunc reliquum est, ut de quarta, quæ rationem iungendarum dictionum ad sententiam efferendam, absoluendámque omnem orationem continet, qui finis est totius methodi, aliquid scribat. καθάπερ καὶ ὁ διαλεκτικός.) *Aristotelem intelligit, qui hunc ordinem sequitur in tradenda dialectica, ut primũ in libro* περὶ ἑρμηνείας *de nomine & uerbo, & ea quæ ex his constat propositione, quam* ἀπόφανσιν *uocat, siue* ἀποφαντικὸν λόγον, *disputet: deinde in sequentibus libris de syllogismo qui cõficitur ex propositionibus.* Καὶ διαιρετέον ἀκριβέστερον.) *Superius nihil ferè definitum est eorum, quæ sunt huius artis. Itaq; litera, syllaba, dictio, oratio, partes orationis, & earum accidentia in hoc libro definientur: diuisa tamen sunt pleraque, sed hîc omnia diuidentur diligentius.*

ὍΡΟΣ ΣΤΟΙΧΕΊΟΥ.

ἈΡΚΤΈΟΝ δ' ἴσως ἀπὸ τοῦ πρώτου, ὅ ἐστι τῶν στοιχείων. ταῦτα γὰρ ἡ πρώτη καὶ ἀμερὴς ἐστὶ τ' ἀνθρώπου φωνή. οὐ δ' ὡς ἔτυχεν ἐπιπλέκεται ἀλλήλοις εἰς σύστασιν συλλαβῆς, ἀλλ' ὡς καὶ τοὔνομα δηλοῖ, στοιχεῖ τε καὶ εὐτάκτως κινούμενά πως συντάσσεται κατὰ λόγον.

DEFINITIO LITERAE.

INCIPIENDUM est autem fortasse à primo, nempe à literis. Sunt enim hæ prima & indiuidua hominis uox: neque fortuitò connectuntur inter se ad efficiendam syllabam, sed (ut nomen etiam indicat) ordine procedunt, compositéque mouentur quodammodo, & coagmẽtantur certa ratione.

EXPLANATIO.

ἈΡΚΤΈΟΝ δ' ἴσως ἀπὸ τοῦ πρώτου.) *Literæ* γράμματα *dicuntur, quia* γραμμαῖς τισὶ σημαίνονται, *id est lineis quibusdã notantur: &* στοιχεῖα, *quia ex his omnis uox humana cõponitur, & in has resoluitur. Est enim* στοιχεῖον *in genere* ἐξ οὗ πρώτου γίνεταί τι, καὶ εἰς ὃ ἔσχατον ἀναλύεται. *Priuatim autem pro litera eleganter à Theodoro definitur, ex Aristotelis libro* περὶ ποιητικῆς, πρώτη καὶ ἀμερὴς τ' ἀνθρώπου φωνή. *Nam belluarum uoces* ἀδιαίρετοι, *ex quibus nulla uox fit significatiua, hoc nomine non continentur. dictum est* παρὰ τὸ στοιχεῖν *quod significat* ἐν τάξει πορεύεσθαι. *Homerus Iliad. 1.*

Ἐπ' ἴσον

Ἕπτ' ἔσαν ἡγεμόνες φυλάκων, ἑκατὸν δ' ἑκάστῳ
Κοῦροι ἅμ' ἔστειχον δολίχ' ἔγχεα χερσὶν ἔχοντες.
D uctores septem custodum, atque ordine longo
H astati iuuenes centum unumquemq; sequuntur.

CVM igitur prima & indiuidua hominis uox sint literæ, siue ut dicit Apollonius Dyscolus πρώτη ἀμερὴς ὕλη, prima humanæ uocis materia, neque temere, sed certa ratione ad efficiendã syllabam collocentur, sicut uocabulum στοιχεῖον indicat, de literis ordinandis fortasse ei primo loco agendum est, qui de cõstructione partium orationis scribere instituit, præsertim cũ ordo à literis ad syllabas, dictiones, ipsam deniq; orationem perueniat: sicut Apollonius & eum secutus Priscianus docent. quibus ex apta literarũ syllabarũq; cõpositione consequens esse uidetur, ut partes quoq; orationis apte inter se & ordine coniũgantur. Itaq; fieri putant, ut quæ literis accidũt, dum inter se connectũtur, eadẽ fere accidant etiã syllabæ, dictioni, & orationi. His autẽ cõmuniter accidunt τὸ διπλασιάζεσθαι geminari: πλεονάζειν redundare: ἐλλείπειν deesse: εἰς δύο μερίζεσθαι diuidi: & cõtrà συναλείφεσθαι, ἢ δύο εἰς ἓν συνίζειν cõtrahi, siue duo in unũ coalescere: ὑπερτίθεσθαι, ἢ μετατίθεσθαι trãsmutari: ἐν τῇ τὴν ἐκφώνησιν ἔχειν, καὶ μή, per se enũciari ac significare, & contrà: προτάττεσθαι καὶ ὑποτάττεσθαι præponi & subiũgi. Quæ omnia quia ad explanationẽ eorũ quæ sequũtur maxime pertinẽt, hîc tãquam in tabella proponẽda censuimus, adiectis exẽplis. Imitatur enim Theodorus in hac parte præcipue Apollonium, dum hæc accidẽtia communia persequitur statim post literarũ constructionem. Accidunt igitur

διπλασιάζεσθαι
- Literæ, ut ἔλλαβεν, ἔννεπεν.
- Syllabæ, ἀλαλάζω, πάμπαν.
- Dictioni, μοῦσά γε, μοῦσα λιγεῖα.
- Orationi, εἰ καὶ πυρὶ χεῖρας ἔοικεν, εἰ καὶ πυρὶ χεῖρας ἔοικεν.

πλεονάζειν
- Literæ, ut ὕδωρ ab ὕειν.
- Syllabæ, θήρεσι, χωέεσι, λελάχωσι.
- Dictioni, καθέζομαι pro ἕζομαι, & expletiuis cõiunctionibus.
- Orationi, ἔοικέ τοι, οὔ τοι ἀεικές.

ἐλλείπειν
- Literæ, ut αἶα pro γαῖα.
- Syllabæ, λῶ pro θέλω, αἰπόλος pro αἰγοπόλος.
- Dictioni, ὀρχεῖσθαι pro ἀπορχεῖσθαι, αἰτεῖ pro ἀπαιτεῖ.
- Orat. εἰ μὲν κατὰ πόδα σεῖ ζωα, εἰ δὲ μή, ἀνεχρέοντι. deest δ' ἔχει.

εἰς δύο μερίζεσθαι ἢ διαλύεσθαι
- *Literæ,* — ζόπῳ συλλαβικῷ· ἰάχ, ἴαχ· ἤχ, ἴαχ.
- *Syllabæ* — *propriè dicta,* κοῖλον, κόϊλον.
- *Dictioni,* ἄκρα πόλις, ἀκρόπολις.
- *Orationi, dum absunt coniunctiones.*

συναλείφεσθαι
- *Literæ,* — βίλεα βέλη.
- *Syllabæ,* — γέραϊ γέρᾳ, δήϊος δῇος.
- *Dictioni,* πασιμέλουσα.
- *Orationi, dum nectitur coniunctionibus.*

ὑπερβιβάζεσθαι ἢ μεταβιβάζεσθαι
- *Literæ,* — καρδία κραδία, κρατῶ κάρτος.
- *Syllabæ,* — ἐξαπίνης ἐξαίφνης, ὄρωρεν ὤρορεν.
- *Dictioni,* οἰνοφόρος φορέοινος.
- *Orationi,* τὰς ἄρα τρίψασα, πικοῦσά τε.

ἐν τῇ τῶν ἐκφώνων τάξιν
- *Literæ,* — *uocali.*
- *Dictioni,* — *Nomini, Pronomini, Verbo, Participio, Aduerbio* — *tanquam uocalibus.*

καὶ μὴ τάξιν
- *Literæ,* — *Consonanti.*
- *Dictioni,* — *Articulo, Coniunctioni, Præpositioni* — *tanquam consonantibus.*

προτάττεσθαι
- *Literæ,* —
  - *Vocali præpositiuæ,*
  - *Consonanti præpositiuæ.*
- *Syllabæ, ut* ἦν.
- *Dictioni,*
  - *Articulo præpositiuo,*
  - *Præpositioni.*
- *Orationi, ut* εἰ περιπατεῖ σωκράτης, κινεῖται.

ὑποτάττεσθαι
- *Literæ,* —
  - *Vocali subiunctiuæ* ι. υ.
  - *Consonāti subiūctiuæ*
    - *In medio* γμ. χμ.
    - *In fine* λσ. νσ.
- *Dictioni,*
  - *Aduerbio,*
  - *Articulo subiunctiuo,*
  - *Verbis subiunctiui modi.*

Διαίρεσις

ΔΙΑΊΡΕΣΙΣ ΤΩ͂Ν ΣΤΟΙΧΕΊΩΝ.

ΤΩ͂Ν οὖν στοιχείων τὰ μὲν ἀφ' ἑαυτῶν τυγχάνει ἀποτελοῦντα φωνὴν, διὸ τὰ φωνήεντα καλούμενα, τὰ δὲ ψόφον, διὸ τὰ σύμφωνα πάντα, φωνὴν δ' οὔ, ἄνευ τῆς τῶν φωνηέντων ἐπιπλοκῆς. τούτων δ' αὖ πάλιν τὰ μὲν ψοφεῖ ἀτελέστερον, διὸ τὰ ἄφωνα. τὰ δὲ τελεώτερον, διὸ τὰ ἡμίφωνα. Συμπάντων δὲ, τὰ μὲν προτακτικά, τὰ δὲ ὑποτακτικά. τῶν μὲν γὰρ φωνηέντων προτακτικά, ὡς ἐπὶ τῶν διφθόγγων, τὰ α. ε. ο. ὑποτακτικὰ δὲ τὰ, ι. υ. προτακτικὸν γε μὴν καὶ αὐτὸ τὸ υ τοῦ ι, ὡς ἐπὶ τοῦ μυῖα καὶ υἱὸς, καὶ ἅρπυια, καὶ ἑτέρων πλειόνων. Τῶν δὲ συμφώνων προτακτικὰ μὲν, ὡς οὐδαμοῦ ἐπὶ τέλους τασσόμενα λέξεως, τὰ δασέα, καὶ ψιλὰ, καὶ μέσα. τῶν ἀμεταβόλων τὸ λ, καὶ μ, καὶ τῶν διπλῶν τὸ ζ. Καὶ τῶν μὲν δασέων, τὸ φ καὶ χ ἐπιδέχονται τὸ θ, ἐχθρὸς, φθορά. ἀνάπαλιν δ' οὔ. τούτοις δ' ὁμοίως τὰ ψιλά τε καὶ μέσα ἔχει, ἀκτὶς, ἅπτω, ὄγδοον, βδέλλω. ὅτι μὴ ἡ τοῦ γδ σύνταξις ἐπὶ ὑποτακτικῆς συλλαβῆς μόνον. Ἔτι τε τὰ δασέα τοῖς ψιλοῖς τε, καὶ μέσοις οὐδέποτε συμφέρεται προτασσόμενα, ὑποτασσόμενα δὲ τοῖς ψιλοῖς καὶ ἐν διαστάσει, Ἀτθὶς, Σαπφώ, Ἴακχος. οὐκ ἔτι δὲ καὶ τοῖς μέσοις.

DIVISIO LITERARVM.

EX literis igitur aliæ quidem per ſe uocem efficiunt, ut quæ uocales appellantur: aliæ uerò ſtrepitum, ut conſonãtes omnes: non etiam uocem ſine uocalium complexu. Ex his præterea aliæ ſtrepũt imperfectius, ut mutæ: aliæ perfectius, ut ſemiuocales. Porrò ex uniuerſis aliæ præpoſitiuæ ſunt, aliæ ſubiũctiuæ. Ex uocalibus enim præpoſitiuæ, ſcilicet in diphthongis, ſunt α, ε, ο: *ſubiunctiuæ uerò* ι, υ. *præponitur tamẽ* υ *etiam* ι, *ut in nomine* μυῖα, *muſca, &* υἱὸς *filius, &* ἅρπυια *harpyia, atque alijs cõpluribus. Cæterùm ex conſonantibus præpoſitiuæ, ut quæ nunquam in fine ponuntur dictionis, ſunt aſpiratæ, tenues, & mediæ. Item ex immutabilibus* λ *&* μ. *ex duplicibus* ζ. *Atq; ex Aſpiratis* φ *&* χ *admittunt* θ, *ut* ἐχθρὸς, *inimicus,* φθορὰ *interitus: non contrá. Cum his uerò tenues & mediæ conſentiunt,* ἀκτὶς *radius,* ἅπτω *tango,* ὄγδοον *octauum,* βδέλλω *ſugo, niſi quòd constructio* γδ *in ſubiunctiua tantùm ſyllaba reperitur. Præterea aſpiratæ tenuibus & medijs nũquam præponuntur, ſed poſtponuntur tenuibus, idq; ſeparatim,* Ἀτθὶς *Atthis,* Σαπφὼ *Sappho,* Ἴακχος *Iacchus: non etiam medijs.*

EXPLANATIO.

ΤᾺ ΜῈΝ ψοφεῖ ἀτελέστερον.) *Vocales dicuntur* στοιχεῖα τέλεια, *ſiue*

ἀνδ πλῆ. *Semiuocales uerò* ἡμιπλῆ. *has propterea perfectius strepere dicit Theodorus. Propius enim absunt à natura uocalium. Cæterùm mutæ* ἀπλᾶς *dicuntur: quarum strepitus est imperfectior, hoc est à uocalium perfectione remotior.* Συμπάντων δὲ τὰ μὲ προτακτικά.) *Iam docet literarum ordinem, dicens ex literis alias præponi, alias postponi, siue sint uocales, siue consonantes. Est autē σύνταξις literarum ad orthographiā referenda. nam Theodosius tres species facit orthographiæ,* σύνταξιν, ποιότητα, καὶ ποσότητα. Σύνταξις *est, uerbi gratia, dū quærimus cui syllabæ tribuamus elementa: ut in nomine* ἀδὴνης, *utrum* σ *primam syllabam finiat, an secundam incipiat.* Ποιότης, *est uelut dum quærimus quæ litera ingrediatur nomen* ἵμπερος. μ *an* ν. Ποσότης, *ut dum quærimus quot sint literæ in dictione* μῖμος, μι *an* μει *prima syllaba sit. Qualitatem & quantitatem libro tertio tractauit Theodorus, restabat σύνταξις, quam hoc libro persequitur.* Καὶ ἴτδρων πλειόνων.) *Vt* μητρυιά *nouerca,* ἀγυιά *uia,* Νηρεΐδυια *nomē Nereidis,* Εἰλήθυιαι *deæ quæ parientibus præstò sunt.* ἄφυα *genus pisciculi, apud Theodoro. Et omnia fœminina participia præteriti actiui & medij, ut* τετυφυῖα, πεποιηκυῖα, εἰδυῖα, *& similia.* Τῶν δὲ συμφώνων προτακτικά μὲν.) *Primùm docet quæ consonantes ita præponantur in dictione, ut eam nunquam finiant: deinde quæ consonantes quibus consonantibus præferantur in eadem syllaba uel diuersis.* Τοῦδις δ' ὁμοίως καὶ τὰ ψιλά π καὶ μέζω χα.) *Hoc est* κ *&* π *tenues, præponuntur* τ *tenui, ut* ἄκτις, ἅπτομαι. *Et* γ *&* β *mediæ, præponūtur* δ *itē mediæ, ut* ἕβδον, βδέλλω. Ἀτθὶς, ζαπφώ, ἴακχος.) *In his nominibus tenues aspiratis præponuntur, ne syllaba prior in aspiratā exeat, quod ratio nō patitur. Nulla enim syllaba uel dictio consonāte finitur aspirata. Quamobrem etiā* ρ *litera, dum geminatur, prior leuem, posterior asperum habet spiritum.* Οὐκ ἔτι δὲ καὶ τοῖς μέζοις.) *Subaudio* τὰ δασεα συμφωνα ὑποτάσσομενα. *Aspiratæ cum medijs non ita cohærent, ut ipsis subijciantur:* χ *tamen subijcitur* γ *mediæ: ut* ἔγχελυς, ἀγχίστος, συγχέω: *sed hoc fit κατὰ συμπάθειαν καὶ μεταβολὴν literæ* ν, *quæ ante* χ *in* γ *mutatur: unde etiam* γ *ut* ν *pronunciatur. ad quam pronunciationē potissimùm referenda sunt uerba Theodori.*

ἈΜΕΤΑ΄ΒΟΛΑ.

Τῶν δὲ ἀμεταβόλων τὸ μὲν ν, πρὸ τοῦ μ, κεῖσθαι οὐ πέφυκεν ὑπὸ τῆς αὐτῆς λέξεως. διὸ καὶ ὑπὸ τοῦ κέκλιμαι, καὶ κέκειμαι, τὸ πρὸ τοῦ μ συμβαῖνον

βαῖνον, ὑποβάλλεται. ὑπάρχει μὲν οὖν κατ᾽ ἄμφω. ὡς ἐπὶ τοῦ μνέα, ἀμνός. ἀνάπαλιν δὲ τὸ σ. οὐδέποτε ὑποτακτικὸν τοῦ μ ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ, καίτοι τοῦ λ, καὶ ν, σπανίως μέντοι. ὡς ἐπὶ τοῦ ἄλς, καὶ Τίρυνς, καὶ ἕλμινς. Τὸ δὲ ρ, εὖ μάλα, πόῤῥω, πυῤῥός. διὰ τὸ φωνήεντος δύναμιν ἔχειν τὸ ρ. αὐτὸ δὲ τοῖς ρ, οὐκ ἔστιν ὅπου προτάσσοιτ᾽ ἂν συντασσόμενον. Ἔτι τῶν δασέων τὸ θ, καὶ χ, συζυγνύμενα τῷ μ, ἀπαρτίζει συλλαβὴν ὑποτακτικήν, προτακτικὴν δ᾽ οὔ. ἀριθμός, αὐχμός. ὡσαύτως δὲ καὶ τῶν ψιλῶν, τὸ κ. καὶ τῶν μέσων, τὸ γ. ἀκμή, ὄγμος. ταὐτὸ δὲ τοῦτο συμβαίνει καὶ περὶ τοῦ δ, τῷ γ, ὄγδοος. καὶ τῷ φ, καὶ τ περὶ τοῦ ν, ἔτνος, ἀφνειός. Ἔτι τὸ θ, καὶ χ, τῷ μετὰ λ, καὶ ν, καὶ ρ, τῶν ἀμεταβόλων συντάσσεται προτιθέμενα, εἴς τε προτακτικὴν συλλαβήν, εἴς τε ὑποτακτικήν. τῷ δὲ μ εἰς ὑποτακτικὴν μόνον, ὡς εἴρηται. Τὸ δὲ φ, ὁμοίως μὲν καὶ τὰ σύστοιχα πρὸς τὸ λ, καὶ ρ. εἰς μόνην δὲ ὑποτακτικὴν πρὸς τὸ ν. ἄφνω. ἀσυλλήπτως δὲ πρὸς τὸ μ ἔχει παντάπασι. Καὶ τὰ ψιλὰ δέ, καὶ μέσα τοῖς ἀμεταβόλοις συντάσσεται, ὡς τὸ θ, καὶ χ. πλὴν τοῦ π, ἀσυμβάντως ἔχοντος πρὸς τὸ μ. Καὶ πλὴν τοῦ τ ἀσυντάκτου μετὰ τῷ ν, εἰς προτακτικὴν συλλαβήν. τὸ μ δὲ προσλαμβάνοντες ὑποτακτικὴν ἐπ᾽ ἄμφω. τμῆμα, ἀτμίς. καὶ πλὴν τοῦ β ἀσυντάκτως πρὸς τὸ μ, καὶ ν, ἔχοντος ὅλως. καὶ πλὴν τοῦ δ, τῷ μετὰ μ καὶ ἐπιπλεκομένου, καὶ προπλεκομένου. δμώς. ἄδμητος, τῷ δὲ λ μηδ᾽ ὅλως οἵου τε ὄντος συνάπτεσθαι. Καθόλου δὲ πᾶν σύμφωνον μεταξὺ ὂν δυοῖν φωνηέντοιν περὶ μίαν λέξιν, τῷ δευτέρῳ συλλαβιστέον, ἄγω, φέρω. καὶ ἐὰν μὴ ᾖ μία λέξις, ἀλλὰ δύο, πάθῃ δὲ ἔκθλιψιν ἡ πρώτη, τὸ πρὸ τῆς ἀποστρόφου σύμφωνον τῷ ἑπομένῳ φωνήεντι συντακτέον. κατὰ ἐκεῖνο, κατ᾽ ἐκεῖνο. Ἔτι ἐὰν τύχῃ κατ᾽ ἀρχὴν λέξεως σύμφωνον συμφώνου ἡγησάμενον ἐν συλλήψει, οὐδ᾽ ἐν μέσῳ λέξεως συνθέτου χωρίζεται. καὶ ὅλως τὰ κατ᾽ ἀρχὴν λέξεως πρὸ ἑτέρων τῷ εἴδει συμφώνων πεφυκότα συντάττεσθαι, ταῦτα δὴ καὶ ἐν μέσῳ λέξεως εὑρίσκοιτ᾽ ἂν ἐν συλλήψει. οἷον ὕβρις, ὅτι καὶ βρέχω. ἀγρός, ὅτι καὶ γράφω. ὅπλον, ὅτι καὶ πλέω. ὕμνος, ὅτι καὶ μνέα. ὅσα δὲ μή, ἐν διαστάσει κεῖται ἀεί. οὐκοῦν τὸ ἔθλον ἐν συλλήψει, ὅτι οὐδὲ λέξις ἀπὸ τοῦ θλ τυγχάνει τις ἀρχομένη. οὐδὲ τὸ ὄγδοον, ὅτι οὐκ ἀπὸ τοῦ γδ ἀρχή. οὐδὲ τὸ ὄγμος, ὅτι οὐκ ἀπὸ τοῦ γμ. Ἔτι τὰ αὐτὰ σύμφωνα οὐδέποτε ἐν συλλήψει, ἐκκέπτω θέω, καὶ ἔλλειπε καὶ κάββαλε, καὶ τὰ τοιαῦτα ἐν διαστάσει. Ἔτι πᾶσα συλλαβὴ εἰς σύμφωνον λήγουσα, καὶ τὴν ἑξῆς ἔχει ἀπὸ συμφώνου ἀρχομένην. Ἔτι οὐκ ἔστιν εὑρεῖν τρία σύμφωνα ἀμέσως κείμενα, ὧν τὰ δύο ταυτοδύναμα.

IMMVTABILES.

CAETERVM ex immutabilibus ν ante μ collocari non potest in eadem dictione: quare etiã in κέκλιμαι inflexus sum, & κέκριμαι iudicatus sum, ν incidens ante μ reijcitur. Postponi tamen potest utrobique, ut in μνεία memoria, ἀμνὸς agnus. Contrarium uerò fit in σ. nũquam enim ponitur post μ in eadem dictione: quanuis post λ & ν ponatur, sed raro, ut in ἅλς mare, & Τίρυνς Tiryns, & ἕλμινς lumbricus. post ρ uerò maximè, ut πέρσω uastabo, πυρσὸς teda, propterea quòd uocalis uim habeat ρ. Caeterùm ipsum ρ nusquã praeponitur iunctum alteri. Praeterea ex aspiratis θ & χ coniuncta cum μ efficiunt syllabam subsequẽtem, non praeeuntem, ἀριθμὸς numerus, αὐχμὸς siccitas. Similiter ex tenuibus κ, & ex medijs γ, ἀκμὴ uigor, ὀγμὸς ordo. Idem etiam accidit literae γ ante δ, ut ὄγδοος octauus. et φ & τ ante ν, ut ἔτνος faba elixa, ἀφνειὸς diues: praeterea θ & χ cum λ & ν & ρ immutabilibus coiunguntur, praeceduntq; tam in prima syllaba, quàm in subsequente: cum μ uerò in subsequente solùm, ut dictum est. Idem autem accidit φ cũ cognatis ad λ & ρ. Sed in subsequente solùm ad ν, ἄφνω repentè. Porrò cum μ nullo modo in eadem syllaba cohaeret. Tenues uerò & mediae cum immutabilibus ordinantur eodẽ modo quo θ & χ, excepto π, quod nõ congruit cum μ. excepto etiam τ, quod cum ν non connectitur in prima certe syllaba, μ tamen assumpto subiungitur utrobique, τμῆμα sectio, ἀτμὶς uapor. excepto itẽ β, quod omnino cum μ & ν non cohaeret. Et excepto δ, quod quidem cum μ tum in priore syllaba tum in posteriore coniungitur, δμὼς seruus, ἄδμητος indomitus: sed cum λ nullo modo potest connecti. Generaliter autem omnis consonans, si inter duas incidat uocales in eadem dictione, cum secunda proferenda est, ἄγω duco, φέρω fero. Quòd si nõ una dictio sit, sed duae, patiaturq; elisionem prima, quae apostrophum antecedit consonans, cum sequente uocali est coniungenda, ut ἐπ' ἐκεῖνον, κατ' ἐκείνου, contra illum. Praeterea si contingat in principio dictionis consonantem praeponi consonãti in eadem syllaba, neque in medio dictionis compositae separãtur. Atq; omnino quae in initio dictionis consonãtes diuersae speciei consonantibus coniungi possunt, hae sane etiam in medio dictionis in eadem syllaba reperientur, ut ὕβρις iniuria, quia βρέχω rigo: ἀγρὸς ager, quia γράφω scribo: ὅπλον arma, quia πλέω nauigo: ὕμνος hymnus, quia μνεία memoria etiam dicitur. Quae uerò in principio dictionis

ctionis non cohærent, in medio quoque dirimuntur semper. Non igitur ἐσθλὸν *bonum, coëuntes in unam syllabam habet consonantes, propterea quòd nulla dictio incipit à* σθλ. *neque* ὄγδοον *octauum, cum nulla dictio à* γδ *incipiat. neq;* ὄγκος *tumor, cum nulla item à* γκ. *Proinde eædem consonantes nunquam in unam syllabam coëunt.* Ἐκκόπτω *igitur execo, &* ἔδδεισα *timuit, &* κάββαλε *deiecit, & similia diuiduntur. Præterea quæcunque syllaba in consonantē desinit, etiam sequentem habet à consonāte incipientem. Deniq; non licet reperire tres cōsonantes sine uocali intermedia positas, quarū duæ eiusdē sint potestatis.*

EXPLANATIO.

Τῶν δὲ ἀμεταβόλων.) *Separatim docet quemadmodum immutabiles ordinētur inter se, & cū alijs consonantibus.* Κατ᾽ ἄμφω.) *Id est tum in principio dictionis, tum in medio.* Ἐπὶ τῆς αὐτῆς.) *Siue* λέξεως *intelligas, siue* συλλαβῆς, *parum uidetur conuenire. Quasi uerò in diuersis dictionibus aut syllabis* μ *ante* σ *reperiatur. Quare* ὧδε τῆς αὐτῆς, *puto ex eo quod præcedit* ὧδε τῆς αὐτῆς λέξεως *temere huc inculcatum: nisi fortè de barbaris dictionibus intelligamus.* Καί τοι τῷ λ καὶ ν.) ὑποτακτικὸν ἐστὶ τὸ σ. *addit* σπανίως, *quia in fine paucarum dictionum id solùm accidit.* Τῷ δὲ ρ.) ὑποτακτικὸν ἐστὶ τὸ σ. Διὰ τὸ φωνήεντος δύναμιν ἔχειν τὸ ρ.) *ρ literam habere uim uocalis tradunt Græci, quia multis modis apud eos uocales imitatur: ut in declinatione nominū* ὥρα ὥρας, ἡμέρα ἡμέρας. *seruato α nominatiui in obliquis, sicut fit in his nominibus, quæ in α purum desinunt. Et formatione adiectiuorum, ut* φοβερὸς φοβερά. *Et in constructione, ut hîc ostenditur, ut omittā quòd sonat* λαμπρότερον *quàm reliquæ semiuocales, & alia quæ persequitur Theodosius. quamobrem etiam tum aspiratur, tum leuigatur, ut uocales. Aeoles uerò peculiarem quendā ei tribuebant spiritum, ut à uocalibus distinguerent. Nam cum pro nota aspirationis digāma uocalibus præponerent, huic literæ non digamma ne planè uocalis uideretur, sed loco eius β præponebant:* βρήτωρ & βρόδος *pro* ῥήτωρ, & ῥόδος *dicentes. Non esse autem uocalem ρ, argumento est, quòd per se uocem non efficiat, sicut uocales omnes. quódque tres uocales in unā syllabam coire nō possint, sicut facerent, si ρ uocalis esset, ut in dictione* ῥεῦμα, ῥοῦς, *& similibus uidere licet.* Ἀντὶ δέ τοι ρ οὐκ ἔστιν ὅπου προτάσσοιτ᾽ ἂν συντασσόμενον.) *Ipsa autem ρ litera nulli præponitur consonanti. In*

codice manuscripto, cuius mihi fecit copiam amicus dum hæc commentarer, scriptum est οὐκ ἔστιν ὅτε. Ταῦτα δὲ ποτὲ συμβαίνει καὶ πρὸ τοῦ δ.) *praeponitur et ante* δ. *Hoc idem accidit literæ* γ *cum* δ, *scilicet* ἀχ- πλᾶν συλλαβὴν ἀποτακτικήν. Ἔτι τὸ θ καὶ χ τῶν μὲν λ καὶ ν καὶ ρ.) Τὸ θ *praeponitur* τῶν λ καὶ τῶν ν καὶ τῶν ρ *in prima syllaba, ut* θλίβω, θνήσκω, θρύπτω. *In posterioribus autē syllabis, ut* ἄθλον, ἀνθλίζεσθαι, ἔθνος, ἰθρὶς, ἴθρεψε. *Porrò* τὸ χ *praeponitur* τῶν λ, ν, καὶ ρ *in principio dictionis, ut* χλιδὴ, χνόος, χρῆμα. *In reliquis autem syllabis, ut* κεχλίας, λάχνη, αἰσχρός. εἰς εἴρηται.) *Suprà* αὐχμὸς, *&* ἀριθμός. Τὸ δὲ φ ὁμοίως μὲν καὶ τὰ σύστοιχα.) *praeponitur* τὰ σύστοιχα, *subaudi* συντάσσεται, *id est* ὁμοίως τοῖς συστοίχοις, *nempe* θ *&* χ, *de quibus modò dictum est: σύστοιχα sunt cognata & eiusdem generis.* φ θ χ, *sunt literæ cognatæ, quia pariter aspirantur.* εἰς τὸ θ καὶ χ.) εἰς προτακτικὴν καὶ ἀποτακτικὴν συλλαβὴν, *sicut dictum est.* Ἀσυντάκτου μὲν τῶν ν εἰς προτακτικήν.) *Nam in posteriori syllaba iungi possunt* τ *&* ν, *ut* ἔτνος, *faba elixa,* φάτνη *præsepe.* Καθόλου δὲ πᾶν σύμφωνον μεταξὺ ὂν.) *Hoc tam in cōpositis, quam in simplicibus traditur à Græcis. In* εἰσέρχομαι *igitur* προσέχω, ὑφίστημι, προβάς, *& similibus, consonans præpositionis cum uocali sequente coniungitur: Theodosius author est, & Herodianus, quem nominatim de hac re Priscianus reprehendit à Græcis dissentiens.* Οὐδ' ἐν μέσῳ λέξεως συνθέτου χωρίζεται.) *Vt* μνῆμα, ἀπόμνημα. στάσις, σύστασις. σφραγίζω, ὑποσφραγίζω. *In his cōpositis consonantes mediæ non diuidūtur, & in simplicibus* μίμνημαι, ἔθνος. Καθόλου δέ.) *Qui sequuntur canones generales sunt: superiores speciales erant.* Οὐκοῦν τὸ ἐσθλὸν ἐν συλλήψει.) Ἀλλὰ ἐν διαστάσει δηλονότι, *ut prior syllaba sit* ἐσ, *altera* θλον. Ἔλδεται.) *pro* ἔδεται, *poëticum est.* κάββαλε *pro* κατέβαλε, *elisa uocali de medio per syncopen, &* τ *mutato in* β, δι' εὐφωνίαν, *non metri causa, ut quæ fit in* ἔλδεται *geminatio consonantis.* Καὶ τῶν ἑξῆς.) *sequentē in eadē dictione. Nā aut una est consonans inter duas uocales, & iungitur posteriori uocali, aut plures, & iungūtur item posteriori, si in principio dictionis iungi possint, ut dictū est. Alioqui diuidi consonātes debent, & partim cum priore uocali, partim cum posteriore connecti. Ita syllabam finitā consonante, subsequetur alia necessariò à uocali incipiens.* Οὐκ ἔστιν εὑρεῖν τρία σύμφωνα.) *Traditum est à ueteribus grammaticis ex tribus cōsonantibus, quæ in unam syllabam conferuntur, secundam semper esse mutam,*

mutam, & tertiam liquidam. πᾶσα συλλαβὴ (inquit Herodianus) ἀρχομένη ἀπὸ τῶν τριῶν συμφώνων, ἧς μὲν δεύτερον ἄφωνον ἔχει, τὸ δὲ τρίτον ἀμετάβολον. οἷον σκῆπτρον, ἰχθύς. Priscianus uerò grammaticorũ diligentissimus, quæ consonantes ingrediantur huiusmodi triplicem complexum, & quo quæq; loco, etiã docet apud Latinos. Et primo quidem loco s, c, p poni tradit, quibus addere licet apud Græcos χ. Secundo c, t, p, & apud Græcos φ & ϑ. Et tertio l, r. Quare secundũ Priscianum prima consonans ex tribus, ἐν συλλήψει apud Græcos erit, uel σ semiuocalis, uel una ex his tribus mutis κ π χ. Secunda uerò una ex quinque mutis κ τ π φ ϑ, & tertia λ uel ρ: certa tamen differẽtia, ut si prima sit σ, secunda sit una ex his quatuor κ τ π φ, & tertia λ uel ρ. Si uerò prima sit κ uel π, secunda erit τ, & tertia ρ. Cæterũ χ primum locũ occupante, secundus ϑ, & tertius ρ dabitur. Qua ratione ex tribus ἀμέσως in unam syllabam collatis consonantibus duæ habebunt eandem potestatem. Si quidem potestas literæ est, ut scriptum reliquit Sergius, qua intelligitur, an litera sit uocalis, an consonans, an semiuocalis, an muta, an liquida. Nam duæ mutæ frequentes sunt tertia immutabili, ut ἐχθρὸς, σκῆπτρον, λέκτρον, ὀικτρὸς, χειρόμακτρον. Perspicuum enim est in his non diuidi tres consonantes, sed in unam syllabam coalescere. Quare quod negat Theodorus tres consonãtes ἀμέσως positas reperiri, quarũ duæ sint eiusdem potestatis, aut de duabus immutabilibus intelligit in eadem syllaba, quasi dicat, quarum duæ sint immutabiles, præsertim cum de immutabilibus potissimum hoc loco doceat: aut non de hac potestate communi literarum loquitur, sed de propria cuiusque literæ, nimirum ea, qua singulæ literæ à cæteris differũt. Nam hoc modo ex tribus consonantibus suprà dictis coëuntibus in unã syllabam, licet duæ sint mutæ, non tamen continuò sunt eiusdem potestatis, quia non sumuntur ex eadem coniugatione. Tres enim efficiunt cõiugationes nouẽ mutæ, sicut docet Dionysius Halycarnasseus in libro περὶ συνθέσεως ὀνομάτων. Ita ut π φ β eiusdẽ coniugationis, eiusdẽ sint etiam potestatis. eodem enim oris habitu formantur, & eundem strepitum reddunt omnes, excepto spiritu, qui potestatem literæ nõ mutat. Eadem est ratio τ, ϑ, δ, secundæ coniugationis: & κ χ γ tertiæ. Quo fit, ut quæ eiusdem sunt coniugationis, in declinatione dictionum facilè inter se commutentur. Erit itaq; sensus, tres quidem consonantes licet reperire ἀμέσως κειμένας: quarum duæ sint mutæ, sed nõ quarum

duæ sint eiusdem potestatis mutæ, id est eiusdẽ coniugationis. Nam tres consonãtes, quarum duæ sint eiusdem potestatis, ἀμέσως positæ reperiri non possunt omnino: id est, neque in eadem syllaba, neq; in diuersis.

ΜΕΤΑΘΕΣΙΣ.

ΓΙΝΕΤΑΙ δὲ καὶ μετάθεσις τῶν στοιχείων, καρδία κραδία. ἀσφαπὸς, ἀταρπὸς. σφάγανον, φάσγανον. ὀλίγος, λοιγός. καὶ πάθη συμβαίνει δ' αὐτ' ἄττα, τὸ μὲν μακρὸν εἰς βραχεῖα διαλύεσθαι, ἦγε ἔαγε. καὶ ἀνάπαλιν συναιρεῖσθαι, ἱερὸν ἱρόν. δῖος δῖος. ταῦτα γε μὴν ἑτέρας ἂν θεωρίας εἴη.

METATHESIS.

FIT autem etiam transpositio literarũ, ut καρδία κραδία *cor.* ἀσφαπὸς, ἀταρπὸς *semita.* σφάγανον, φάσγανον *ensis.* ὀλίγος *paucus,* λοιγὸς, *pestis. Et passiones incidunt huiusmodi quædam, ut longa in breues soluatur, ut* ἦγε ἔαγε *fractus est. & rursus ut contrahantur,* ἱερὸν ἱρὸν *sacrum.* δῖος δῖος *diuus. Hæc tamen alterius fuerint considerationis.*

EXPLANATIO.

ΓΙΝΕΤΑΙ δὲ καὶ μετάθεσις.) *Hactenus docuit rectam ac legitimam literarum constructionẽ, nunc figuratam docet, hoc est quemadmodum literæ transmutentur, contrahantur, & dissoluantur, quas figuras* μετάθεσιν *siue* ὑπέρθεσιν, συναίρεσιν *siue* συναλοιφὴν *&* διαίρεσιν *nominãt: quas suprà non solùm in literis, sed etiam in syllaba, dictione, & oratione diximus accidere.* φάσγανον, σφάγανον.) *Inuersus est ordo dictionum. nam* σφάγανον *præcedere debet quod rectum est,* παρὰ τὸ σφάζειν, *mox figuratum sequi, ut in reliquis exemplis obseruatum est.* λοιγός.) θάνατος, φθορὰ, ὄλεθρος. παρὰ τὸ ὀλιγεῖν κατὰ μετάθεσιν, ὅτι ὀλιγοῖ τοὺς ζῶντας, *hoc est uiuos homines redigit ad paucos.* ἦγε ἔαγε.) κατεκλάσθη *ab* ἄγνυμι *frãgo, cuius præteritum medium commune est* ἦγα, *ex quo fit Atticum* ἔαγα κατὰ διάλυσιν. *Lucia. in Timone,* κατέαγα τοῦ κρανίου ὑπὸ τοῦ ἀχαρίστου. δῖος δῖος.) *À* δῖος *fit* δῖιος *& per synæresim* δῖος: *sic à* χίος *fit* χῖιος *&* χῖος, *id est Chius, qui est ex insula Chio. Eodem modo à* κεῖος κεῖιος *&* κῖος *fit.* διάλυσιν *&* συναίρεσιν *syllabæ, dictionis, & orationis suo loco tractabit inferius.* Ταῦτα γε μὴν ἑτέρας.) *Hæc proprium tractatum habent apud Grammaticos, ut apud Triphonem, neque ad rectam constructionem pertinent: quare meritò negat esse sui instituti.*

ὅΡΟΣ ΣΥΛΛΑΒΗ͂Σ.

ὈΥΤΩ μὲν οὖν τὰ στοιχεῖα πρὸς ἄλληλα ἔχοντα συντίθησι διαφόρως τὴν συλλαβὴν, σύλληψιν οὖσαν στοιχείων ἁρμοσμένως συνταττομένων. ὃν δὲ τρόπον ἡ τῶν στοιχείων συμπλοκὴ οὐδὲν ἄτακτον ἔχει, οὕτω καὶ αἱ συλλαβαὶ κατὰ λόγον ἀλλήλαις συνιοῦσαι τὴν λέξιν ποιοῦσι. καὶ αὖ πάλιν αἱ λέξεις τὸν λόγον.

DEFINITIO SYLLABAE.

AD huncigitur modũ literæ se habẽtes inter se, varijs modis syllabã efficiunt, quæ cõprehẽsio est literarum apte cohærentiũ. quẽmadmodũ autem literarũ cõplexus nihil inordinatũ habet, sic etiam syllabæ certa ratione inter se coeũtes, dictionẽ faciunt, rursusq; dictiones orationẽ.

ὅΡΟΣ ΛΟΓΟΥ.

ἘΣΤΙ γάρ τοι ὁ λόγος σύνταξις λέξεων ἁρμοσμένως συντιθεμένων, διάνοιαν ἔχουσα αὐτοτελῆ.

DEFINITIO ORATIONIS.

EST enim oratio structura dictionum apte coniunctarum sententiam continens perfectam.

ὅΡΟΣ ΛΕΞΕΩΣ.

ΛΕΞΙΣ δὲ μέρος ἐλάχιστον τοῦ κατὰ σύνταξιν λόγου. καὶ μὲν τοι καὶ πολλαχοῦ ὅμοιόν τι ἐπί τε τῶν στοιχείων, καὶ ἐπὶ τῶν λέξεων, καὶ ἐπὶ τῶν λόγων ἔστι θεωρεῖν. διπλασιάζεται γὰρ οὐ μόνον στοιχεῖον, ἵππος, ἄλλος, ἀλλὰ καὶ συλλαβή, ἀλαλάζω, μεμένηκα, προπροκυλινδόμενος. καὶ λέξις, Ἄρες Ἄρες, τὸ ὁμήρου. καὶ ὦ κύκλωψ κύκλωψ, τὸ θεοκρίτου. καὶ ἰοὺ ἰοὺ, τὸ ἀριστοφάνους. καὶ λόγος, τοῦ δ' ἐγὼ αὐτὸς εἰμι, καὶ ἀπνευὶ χεῖρας ἔοικεν, ἀπνευὶ χεῖρας ἔοικε, μένος δ' αἴθωνι σιδήρῳ, τοῦ ὁμήρου. καὶ, βουκολιάσδεο Δάφνι, τὺ δ' ᾠδᾶς ἄρχεο πρᾶτος, ᾠδᾶς ἄρχεο πρᾶτος, τὸ θεοκρίτου.

DEFINITIO DICTIONIS.

DICTIO verò pars minima constructæ orationis. Licet autẽ etiam in literis, dictionibus, & orationibus similitudinẽ aliquam animaduertere. Geminatur enim non solùm litera, ut ἵππος *equus,* ἄλλος *alius: sed etiam syllaba, ut* ἀλαλάζω *eiulo,* μεμένηκα *mansi,* προπροκυλινδόμενος *prouolutus. Et dictio,* Ἄρες Ἄρες, *Mars Mars, apud Homerũ. &* ὦ κύκλωψ κύκλωψ, *ô Cyclops Cyclops, apud Theocritũ. &* ἰοὺ ἰοὺ, *heu heu, apud Aristophanem. Et oratio, ut* τοῦ δ' ἐγὼ αὐτός εἰμι, καὶ ἀπνευὶ χεῖρας ἔοικεν, ἀπνευὶ χεῖρας ἔοικε, μένος δ' αἴθωνι σιδήρῳ,

huic ego obuiam eo, etsi igni manus habet similes, si igni manus habet similes, robur autem candēti ferro. Homerus. Et βωκολιάσδεο Δάφνι τὺ δ' ᾠδᾶς ἄρχεο πρᾶτος, ᾠδᾶς ἄρχεο πρᾶτος. *Cane bucolicum carmē Daphni, tu canere incipe prior, canere incipe prior. apud Theocritū.*

EXPLANATIO,

ἈΛΑΛΆΖΩ.) *eiulo. Xenophon in tertio* παιδείας. τῶν δὲ χαλδαίων οἱ παρόντες ὡς ἐπλησίαζον οἱ Ἀρμένιοι ταχὺ ἀλαλάξαντες ἔθεον ὥσπερ εἰώθεσαν ἐπ' αὐτούς. Προπροκυλινδόμενος.) πλανώμενος. *Homerus Odyss.* ρ.

Ἔνθεν δὴ νῦν δεῦρο δ' ἵκετο πήματα πάσχων,

Προπροκυλινδόμενος στεῦται δ' Ὀδυσῆος ἀκοῦσαι. *Et Iliad.* χ.

Προπροκυλινδόμενος πατρὸς Διὸς αἰγιόχοιο. Καὶ λέξις, Ἄρες Ἄρες.) *Iliad.* ε. Ἄρες Ἄρες βροτολοιγὲ μιαιφόνε τειχεσιπλῆτα. *Verba sunt Palladis: & rursus eodem libro Apollinis ad Martem.* Τὸ Θεοκρίτου.) *Idyll.* ια. ὦ Κύκλωψ Κύκλωψ πᾶ τὰς φρένας ἐκπεπότασαι. *id est,* πῶς τὰς φρένας ἐκπεπεταμένας καὶ πεπλανημένας ἔχεις. Ἀριστοφάνους.) *In Pluto.* Καὶ τίς δύναιτ' ἂν μὴ βοᾶν ἰοὺ ἰοὺ τοιαῦτ' ἀκούων; *Sic Lucianus in Timone.* παῖδες ὦ Τίμων, μαρτύρομαι, ὦ Ἡράκλεις, ἰοὺ ἰού, προκαλοῦμαί σε φαύματος εἰς Ἄρειον πάγον. Τοῦ δ' ἐγὼ ἀντίος εἶμι.) *Verba sunt Hectoris Iliad.* υ. *in Achillem, cum illo prælium inire parantis.* Βωκολιάσδεο Δάφνι.) *Principium est Idyll.* θ. *apud Theocritum.*

ΠΛΕΟΝΑΣΜΟΣ.

ἜΤΙ καθάπερ στοιχεῖον ἔστιν οὗ πλεονάζει οὐ τὸ αὐτό. στάχυς ἄσταχυς. πνοὴ πνοιή. τοῦτον τουτονί. οὕτω καὶ συλλαβή, λιπών, περιλιπών. ἔτυμος, ἐτήτυμος. ἔφης ἔφησθα. καὶ λέξις, τοῦτο μὲν ἐν συνθέσει, τοῦτο δὲ ἐν παραθέσει. ὥσπερ ὧδε, δύσκολος ἀνήρ. Χρυσοῦ δὲ στήσας ὅδε σὺν δέκα πάντα τάλαντα. καί, ἦ μάλα δὴ τέθνηκε Μενοιτίου ἄλκιμος υἱός. ἔνθα μὲν τί τὸ πάντα, ἔνθα δὲ τὸ μάλα πλεονάζον. τοιοῦτο δὲ καὶ τό, ὀφθαλμοῖσιν ἴδωμαι. καὶ οἱ παραπληρωματικοὶ δὲ οὐδὲν πολλαχοῦ εἰς ἔννοιαν συντελοῦσι. καὶ λόγος, ἐοικέ τοι, οὐ τοι ἀεικές. οὐ γάρ, οὔ τοι ἀεικές, παρέλκει. καί, ὅσσα οἱ αἶσα γινομένῳ ἐπένησε λίνῳ, ὅτε μιν τέκε μήτηρ. πλεονάζει γάρ, ὅτε μιν τέκε μήτηρ.

PLEONASMVS.

PRAETEREA quemadmodum litera alicubi abundat non eadem, ut στάχυς ἄσταχυς *spica,* πνοὴ πνοιὴ *flatus,* τοῦτον τουτονὶ *hunc: sic etiā*

syllaba,

syllaba, λιπὼν πρὸς λιπὼν relinquens, ἔτυμος ἐήτυμος uerus, ἔφης ἔφησθα dixisti. Et dictio, partim in cõpositione, partim in appositione, βοῶν ἐπιβουκόλος ἀνήρ. boum custos uir. Χρυσοῦ δὲ στήσας Ὀδυσσεὺς δέκα πάντα τάλαντα. Auri uerò dependens Vlysses decem tota talenta. Et ἦ μάλα δὴ τέθνηκε Μενοιτίου ἄλκιμος υἱός. Certe ualde iã occubuit Menœtij fortis filius. illic enim πάντα, hic uerò μάλα abundat. Tale est etiã illud, ὀφθαλμοῖσιν ἴδωμαι, oculis uideã. & uerò expletiuæ cõiunctiones nihil plerũq; ad sententiam conferunt. Et oratio, ἔοικέ τοι, οὔ τοι ἀεικές. decet, non dedecet. οὔ τοι ἀεικές redundat. Itẽ ὅσσα οἱ αἶσα γεινομένῳ ἐπένησε λίνῳ, ὅτε μιν τέκε μήτηρ. quæ ipsi Parca nascẽti neuit lino, quando ipsum peperit mater. Redũdat enim, ὅτε μιν τέκε μήτηρ.

EXPLANATIO.

ἜΤΙ καθάπερ στοιχεῖον ἐστὶν οὐ.) Docet literam, syllabã, dictionem & orationem redũdare. Βοῶν ἐπιβουκόλος ἀνήρ.) Exemplũ est τοῦ ἐν συνθέσει πλεονασμοῦ τῆς λέξεως. redundat enim ἐπὶ. Odyss.υ. τὸν δ' αὖτε προσέειπε βοῶν ἐπιβουκόλος ἀνήρ. frequentatur ab Homero. Rursus apud Theocritum, Idyll. λβ'. τὸν δ' ὁ γέρων προσέειπε βοῶν ἐπιβουκόλος ἀνήρ. Χρυσοῦ δὲ στήσας.) Iliad.τ. Χρυσοῦ δὲ στήσας Ὀδυσσεὺς δέκα πάντα τάλαντα, ἦρχε. Ἦ μάλα δὴ.) Iliad.σ. de Patroclo. Sunt autem uerba Achillis conquerentis, & lamentantis Patroclũ interemptum.
ὀφθαλμοῖσιν ἴδωμαι.) Odyss.μ. οἴκτιστον δὴ κεῖνο ἐμοῖς ἴδον ὀφθαλμοῖσιν. Et Odyss.ο. σὺ δ' ὀφθαλμοῖσιν ἴδης. Et eodem libro. καὶ ὀφθαλμοῖσιν ὁρῶντο. Καὶ οἱ παραπληρωματικοί.) Expletiuæ coniunctiones plerunque uel metri causa dũtaxat, uel ornatus in oratione ponuntur, nihil significantes. Interdum autem significatione pollent, ut δὴ βεβαιωτικόν, περιγραφικόν, συλλογιστικόν, pro sane, duntaxat, igitur. Ἔοικέ τοι οὔ τι ἀεικές.) Iliad.ι. δαίνυ δαῖτα γέρουσιν ἔοικέ τοι οὔ τι ἀεικές. sub. ἐστί. ὅσσα οἱ αἶσα γεινομένῳ.) Iliad.υ. de Achille.

ἜΛΛΕΙΨΙΣ.

ἜΤΙ στοιχείου μὲν ἔλλειψις, γαῖα, αἶα. ἑκατέρωθεν, ἑκάτερθεν. πολλάκις, πολλάκι. συλλαβῆς δὲ, ἀστράπτει, στράπτει. ἀμφιφορεὺς, ἀμφορεύς. Ἀπόλλωνα, Ἀπόλλω. λέξεως δὲ, εἷς οἰωνὸς ἄριστος ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης. ἐνδεῖ γὰρ τὸ, ἐστίν. καὶ τὸ Θεοκρίτου, ὁ δέ μοι τὸ λαγωβόλον ἀδὺ γελάσσας ὡς πάρος ἐκ μοισᾶν ξεινήιον ὤπασεν ἦμεν. ἐνδεῖ τὸ, [illegible]το. λόγου δὲ ἔλλειψις. κἄπειτ' ἀπὸ ταρροῦ τοὺς θεοὺς ὑπερφρονεῖς, ἀλλ' οὐκ ἀπὸ γῆς. εἴπερ ἐλλείπει τὸ, ἐθέλω ὑπερφρονεῖν. τοιοῦτο καὶ τὸ, εἰ μὴ

κατὰ δή τινα, εἰ δὲ μὴ, ἀνεκρούοντο πρὶν εἰς χεῖρας ἐλθεῖν. οὐδεὶ γὰρ ε, εὖ εἶχεν. ὅμοιον δ' ἂν εἴη καὶ ε, ει ἅπαξ ῥηθέντα λόγον δὶς καὶ τρὶς καὶ πολλάκις λαμβάνοντα ἀπὸ κοινοῦ ἐννοεῖν. εἴ κόσμος ἀνθρώπῳ φρόνησις, σωφροσύνη, δικαιοσύνη, ἀνδρία. πᾶσι γάρ τι προσυπακούεται ε, κόσμος ἐστί.

ELLIPSIS.

SPECIES autem singularis transitionis personalium ponantur generales & simplices tres. Prima in accusatium eorum, quæ secundũ emissionem accipiuntur, ut διδάσκω σε, *doceo te. &* διδάσκω γραμματικά, *doceo grammaticam. Secunda in genitiuum eorum, quæ accipiuntur secundum admissionẽ, ut* δέομαί σου, *rogo te. Tertia in datiuum acquisitiuorum, ut* δίδωμί σοι, *do tibi. Quatuor autem sunt composita quædã, & eæ antedictarum etiam communes. Alia in accusatiuum, ut* διδάσκω σε τὰ γραμματικά, *doceo te grammaticam.* δέομαί σου τὰ δίκαια, *rogo te iusta.* δίδωμί σοι χρυσίον, *do tibi aurum. Vocetur autẽ hæc species pertransitiua. Alia in genitiuum, ut* διδάσκω σε τοῦ καλοῦ, *doceo te honestatis causa.* δέομαί σου τῆς χρείας, *rogo te indigentiæ causa.* μεταδίδωμί σοι τῆς ἐνδείας, *impertio tibi, quia eges: uocetur q́; causalis uel defectiua. Alia in datiuum, ut* διδάσκω σε τύχῃ ἀγαθῇ, *doceo te quod felix sit.* δέομαί σου ὅλῃ ψυχῇ, *rogo te tota mente.* δίδωμί σοι χειρί, *do tibi manu: uocetur autẽ instrumẽtalis. Alia in infinitiuum, idq́; dupliciter. nam uel ad finem pertinet, uel ad formam: unde partim finalis, partim formalis uocetur: ut* διδάσκω σε διαλέγεσθαι, *doceo te disserere.* δέομαί σου βοηθῆναι, *rogo te ut auxilieris.* δίδωμί σοι πρίασθαι, *do tibi ut emas.* λέγω Σωκράτην γενέσθαι σοφὸν, *dico Socratem fuisse sapientem.*

piente. οἶμαι πάντας ὁμολογήσειν, *arbitror omnes cõfessuros esse. Addatur & alia quædã cum accusatiuo frequentius, ut* διδάσκω σε χρόνον συχνὸν τὰ γραμματικά, *doceo te iam diu grãmaticã. Eodẽ modo etiã in alijs obseruatur: nocetur autem defectiua secunda. Est etiã alia quædam similiter in quoduis conueniens aduerbium, aut per quãlibet præpositionem.* διδάσκω σε νῦν, *doceo te nunc, uel* ἡδέως *libenter, uel quomodocunq; aliter loqui ex usu uisum fuerit. Et* ἀσθενὴς ἦν δι' ἀχρηματίαν, *imbecillis erat ob pecuniæ inopiam. Et utcunque aliter uti præpositione conueniat. Vocetur autẽ partim aduerbialis, partim imperfecta, sed in uniuersum consignificatiua. Cæterùm curta uel plena cõstructio, prout commodum uidebitur, ex antè dictis fiet, ut* διδάσκω σε διαλέγεσθαι, *doceo te disserere.* διδάσκω σε τὰ γραμματικὰ διαλέγεσθαι εὖ, *doceo te grammaticam, ut rectè disseras. Nam etiam si in unum conferre compositas species uelis, licebit tibi quancunque delegeris simplicem, huic addere componendo, ut* δίδωμί σοι χρυσίον τῆς χρείας χειρὶ τῇ ἐμαυτοῦ πρίασθαι ὧν ἂν δέῃ. *do tibi aurum indigentiæ causa manu mea, ut emas ea quorum indiges. Loqui tamen apertius oportet, interponendo uel coniunctionem, uel præpositionem, uel aduerbium, uel quocunq; alio modo hellenismo cõueniat, ut* δίδωμί σοι χρυσίον τῆς παρούσης ἕνεκα χρείας, ὅπως πριάμενος ὧν ἂν δέῃ ἔχῃς, *do tibi aurũ præsentis causa indigentiæ, ut emens habeas ea quorum indiges, uel* ὥστε πρίασθαι ὧν ἂν δέῃ, *ut emas ea quorum indiges.*

EXPLANATIO.

ΕΊΔΗ δὲ τῆς καθ' ἕκαστα.) *Repetit tres species simplicis transitionis supradictas ex genitiuo, accusatiuo, & datiuo, his additurus species compositas quatuor, ut ipse loquitur, siue sex potius, ut ex ipsius oratione colligere possumus.* Πρῶτον μὲν εἰς αἰτιατικήν.) πρῶτον εἶδος μεταβάσεως εἰς αἰτιατικὴν δηλονότι, *ut* εἰς *præpositio cum suo casu ex nomine* μεταβάσεως *pendeat.* Διδάσκω σε, & διδάσκω γραμματικά) *Duo exempla sunt simplicis* μεταβάσεως. *nam si in unum componas hoc modo,* διδάσκω σε γραμματικά, *erit composita* μετάβασις, *quod genus inferius dicet* διαβατικόν, *id est pertransitiuum: est enim geminata transitio.* Τέτταρα δὲ συγκείμενα ἅττα.) *Sic in manu scripto codice legitur, id est* τέτταρα δὲ εἴδη συγκείμενά τινα. *Quatuor uerò sunt species compositæ trãsitionis, trium simplicium communes. quia ex illis componuntur: tametsi expositis quatuor compositis duas præterea subijcit,*

ut sex omnino sint. Sed Aldinus codex τέταρτον habet, quod uidetur rectius, ut sit sensus, τέταρτον εἶδος μεταβατικῶς ἐστὶ συγκείμενα ἅττα, id est quarta species transitiuorum constat ex compositis quibusdā, quæ compositæ plane sex numerantur. Nam aut cuilibet trium simplicium accedit denuo accusatiuus, & fit τὸ διαβατικὸν εἶδος, quasi dicas pertransitiua species, ut διδάσκω σε τὰ γραμματικά, δέομαί σου τὰ δίκαια, δίδωμί σοι χρυσόν. Aut genitiuus, ut διδάσκω σε τοῦ καλοῦ. diciturq; tum αἰτιολογικὸν εἶδος, tum ἐλλειπτικόν, quia per defectum τοῦ ἕνεκα αἰτιολογικοῦ συνδέσμου, uel præpositionis ὑπὲρ, uel διὰ ponitur. Tertia species composita est, cùm datiuus simplici transitioni additur, ut διδάσκω σε τύχῃ ἀγαθῇ, quod genus organicum uocant, quia hoc casu instrumentum effertur. Quarta species est, quod dicūt ἐλλειπτικὸν δεύτερον, in qua præpositio κατὰ desideratur posito accusatiuo, ut διδάσκω σε χρόνον συχνόν. Κοινότερον dicit, id est οὐχ ἁπλῶς, οὐ καθάπαξ, quia datiuus interdum accusatiui loco adhibetur ὀργανικῶς, sicut uidebis infrà cap. τοῦ ἐλλειπτικοῦ. Quintam speciem facit infinitiui additio, qui significat uel finem, & τελικὸν εἶδος dicitur, ut διδάσκω σε διαλέγεσθαι, ubi ἵνα ἀποτελεστικὸν congruit, id est ἵνα διαλέγῃ, ut disputes: uel formam, ubi ὅτι βεβαιωτικὸν conuenit, ut λέγω Σωκράτην γενέσθαι σοφὸν, id est ὅτι Σωκράτης γέγονε σοφός. quod genus εἰδικὸν dicitur, id est formale. Sexta species dicitur συγκατηγορηματική, quia ex ijs dictionibus constat quæ consignificant: dicuntúrque συγκατηγορήματα, ut suprà dictū est in capite Δυνάμεως. Hæc species duplex est. Nam aut dicitur περιρρηματική accedente aduerbio, ut διδάσκω σε νῦν: aut ἑτεροτελής. i. aliunde perfecta, si præpositio adhibeatur, ut ἀσθενής εἰμι δι' ἀχρηματίαν. Vel etiam coniunctio, nam & Stoici præpositiones ipsas προθετικοὺς συνδέσμους nominabant. ut ἀσθενὴς εἰμι ἀχρηματίας ἕνεκα. Vel denique aliquid eorum quæ nihil significant, nisi cæteris iungantur partibus. Ex his enim constat omnis constructio συγκατηγορηματική. Iccirco autem aduerbium à præpositione distinguit, quia omnis præpositio reuera est ἑτεροτελής, cuius significatio imperfecta per se aliarum dictionum ui perficitur, quibus suapte natura præponitur. Aduerbia uerò per se significant, ob idq; è contrario αὐτοτελῆ dicuntur, ut suprà docuimus. Nam si quis per se pronunciet καλῶς, alicuius dicti, aut facti approbationem significat, &, ut uerbis utar Aristotelis, ἵστησι ὁ λέγων τὴν διάνοιαν, καὶ ὁ ἀκούσας ἠρέμησεν.

Itaque

Itaque Alexander Aphrodisiensis aduerbia propter significationẽ nomina esse contendebat. Quia tamen semper adhæret uerbo, cuius significationem explanant, & definiunt, nec sine eo consistunt in oratione expresso, uel subaudito, ideo inter συγκατηγορήματα *numerantur. Quare siue præpositio adhibeatur, siue aduerbium, syncategorematica est constructio, sed quæ distinguatur* τῷ αὐτοπαθεῖ καὶ ἑτεροπαθεῖ, *sicut dictum est.* Ἐπεὶ κἂν εἰς ἕν.) *rationẽ subijcit eius quod dictum est. Nam si quis uelit (inquit) in unum conferre, & componere suprà dictas omnes formas transitionis, is potest quancũque delegerit simplicẽ, ei addere componendo, ut uidere licet in exemplo. Est autem* κἂν *pro etiam accipiendũ. nam quando significat etiamsi, subiunctiuũ postulat.* Φράζειν μέντοι.) *Veruntamen ad perspicuitatem loqui debemus, interponentes uel coniunctionẽ* ἕνεκα ἐν τῷ ἐλλειπτικῷ πρώτῳ: & ὅπως, & ἵνα ἐν τῷ τελικῷ: *uel præpositionem* κατὰ ἐν τῷ ἐλλειπτικῷ δευτέρῳ: *uel* ὥστε ἀποστατικὸν ἐν τελικῷ, & ὅτι βεβαιωτικὸν ἐν εἰδικῷ. *Sic enim planior & dilucidior fit oratio, ut* δίδωμί σοι χρυσίον τῆς παρούσης, *& cætera.* Ἓν ἔχει ἑλληνισμοῦ.) *Diogenes Laertius in uita Zenonis Stoici scribit quinque esse uirtutes orationis,* ἑλληνισμὸν σαφήνειαν, συντομίαν, πρέπον, κατασκευήν. *i. hellenismum, perspicuitatẽ, breuitatem, decorum, compositionẽ. Est autem Hellenismus, ut ille definit,* φράσις ἀδιάπτωτος ἐν τῇ τεχνικῇ, καὶ μὴ εἰκαίᾳ συνηθείᾳ, *id est emendata locutio ex artificiosa, non uulgari cõsuetudine: de quo uide etiam Aristotelem libro tertio Rhetorico.*

ἘΠΙΒΑΤΙΚΆ.

ΕἸΛΉΦΘΩ δὲ καὶ τὸ μάχομαι μάχην, καὶ ζῶ ζωὴν, καὶ δουλεύω δουλείαν, καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα ὡς ἐπιβατικά. καλῶ δὲ ἐπιβατικὸν, τὸ τοῦ διαβατικοῦ ἐλλειπτικὸν, οἷον, διδάσκω γραμματικά.

ACCESSIVA.

ACCIPIANTVR etiam μάχομαι μάχην, *pugno pugnã,* ζῶ ζωὴν, *uiuo uitam, &* δουλεύω δουλείαν, *seruio seruitutem, omnesq́; similes constructiones tanquam accessiuæ. Voco enim genus accessiuum, dum pertransitiuo aliquid deest, ut* διδάσκω γραμματικά.

EXPLANATIO.

ΕἸΛΉΦΘΩ δὲ.) *Huc referuntur uerba, quæ accusatiuum habent suæ significationis, id est quæ transeunt in accusatiuum rei quàm significãt, quæ plerunque alium etiam obliquum desiderãt, ut* μάχομαι μάχην,

ὑπερβατικὴ σύνταξίς est. Si verò dicas μάχομαί σοι μάχην, διαβατικὴ erit. Est igitur ἐλλειπτικὴ τῆς διαβατικῆς συντάξεως ἡ ὑπερβατική. Interpres Aristophanis in hoc genere constructionis κατὰ subintelligit, ληρῶ λῆρον, ληρῶ κατὰ λῆρον.

ΤΌΠΟΙ ΤΟΥ͂ ΠΡΏΤΟΥ.

ΤΌΠΟΙ δὲ τοῦ μὲν πρώτου, τὰ ὁπωσοῦν ἐνεργητικὰ, εἴτε κατὰ μείζω ἐνέργειαν, οἷον, τιμῶ Σωκράτην, εἴτε κατ᾽ ἐλάσσω, οἷον τὸ, λέγω τὰ δέοντα, καὶ, φρονῶ τὰ εἰκότα. Σκοπεῖν οὖν εἰ ὑπὸ σωματικὴν διάθεσιν ἀναφέρεται, οἷον γυμνάζω, κινῶ, νίπτω, πλήττω, φθείρω, λύω, δεσμῶ, βρέχω, βιάζομαι, τρίβω, κρατῶ, κείρω, θερίζω, καίω. Ἔτι εἰ ὑπὸ ψυχήν τε καὶ ἦθος, φιλῶ, ἀγαπῶ, στέργω, δικαιῶ, ἀδικῶ, βλάπτω, ὠφελῶ, ὑβρίζω, αἰνῶ, λοιδορῶ. Ἔτι εἰ ὑπὸ δειχτικὰ, ἐπαινῶ, ἐγκωμιάζω, ὑμνῶ, ᾄδω, εὖ λέγω. Ἔτι εἰ σεπτικὰ, τιμῶ, σέβω, πρεσβεύω, προσκυνῶ, κολακεύω, αἰδοῦμαι. Ἔτι εἰ ὑποληπτικὰ καὶ δοξαστικὰ, ἢ γνωστικὰ, νοῶ, κρίνω, οἶδα, οἴομαι, ὑφορῶμαι. Ἔτι εἰ προαιρετικὰ, βούλομαι, προαιροῦμαι, ἐθέλω. Ἔτι εἰ ζητητικὰ, ἐξετάζω, ἀνακρίνω, ἐρωτῶ, ἐρευνῶ, εὑρίσκω. Ἔτι εἰ ὑποκρατητικὰ, ἔχω, φυλάσσω, ἀναγκάζω, εἴργω, ἐλαύνω, νικῶ. Ἔτι εἰ προτρεπτικὰ, παρακαλῶ, ἐρεθίζω, προτρέπω, παρορμῶ, παροξύνω. Ἔτι εἰ κλητικὰ, φωνῶ, ὀνομάζω, καλῶ. Ἔτι εἰ ὑποδημιουργικὰ, οἰκοδομῶ, σκυτοτομῶ, ἰατρεύω. Ἔτι εἰ διακρουστικὰ, πλανῶ, ἐξαπατῶ, φενακίζω, κλέπτω, παραλογίζομαι. Ἔτι εἰ διδασκαλικὰ, ἢ διαθετικὰ, παιδεύω, σωφρονίζω, πείθω, διδάσκω, ψύχω, θερμαίνω, διατίθημι. Ἔτι εἰ οἰκτικὰ, ὀδύρομαι, κλαίω, θρηνῶ, οἰκτίζω, ἐλεῶ. Ἔτι εἰ ἱκετευτικὰ, ἀντιβολῶ, ἱκετεύω, ἐκλιπαρῶ, λιτανεύω, ἐρωτῶ, ἐν ἴσῳ τῷ παρακαλῶ, δέομαι. Ἔτι εἰ συμβολαίων σημαντικὰ, πωλῶ, ἀγοράζω, συμβάλλω. Ἔτι εἰ φυσικά. οἷον γεννῶ, καὶ φύω, καὶ αὔξω. αἰτιατικῇ δὲ τὰ τοιαῦτα.

LOCI PRIMAE SPECIEI.

LOCI VERO primæ speciei uerba quomodocunq; actiua: siue secundum maiorem actionem, ut τιμῶ Σωκράτην, honoro Socratem: siue minorem, ut λέγω τὰ δέοντα, dico quæ oportet, & , φρονῶ τὰ εἰκότα, sentio recta. Videndum igitur est, an ad corporis affectionem referantur, ut γυμνάζω exerceo, κινῶ moueo, νίπτω lauo, πλήττω uerbero, φθείρω corrumpo, λύω soluo, δεσμῶ ligo, βρέχω rigo, βιάζομαι cogo, τρίβω tero, κρατῶ uinco, κειρῶ tondeo, θερίζω meto, καίω incendo. Item, ad animum & mores, φιλῶ amo, ἀγαπῶ diligo, στέργω amo,

amo, δικαιῶ iure ago, ἀδικῶ iniuriam facio, βλάπτω lædo, ὠφελῶ iuuo, ὑβρίζω contumelia afficio, ἀνιῶ molestiam exhibeo, λοιδορῶ conuicior. Item, an demonstratiua sint, ἐπαινῶ laudo, ἐγκωμιάζω celebro, ὑμνῶ cano, ᾄδω canto, εὖ λέγω benedico. Item ueneratiua, τιμῶ honoro, σέβω colo, πρεσβεύω in primis honoro, προσκυνῶ adoro, κολακεύω obseruo, αἰδοῦμαι uereor. Item, an opinionẽ, suspicionem, uel cognitionem significẽt. νοῶ intelligo, κρίνω iudico, οἶδα noui, οἴομαι puto, ὑφορῶμαι suspicor. Item, an electiua sint, βούλομαι uolo, προαιροῦμαι eligo, ἐθέλω uolo. Prætereà, an inquisitiua, ἐξετάζω expendo, ἀνακρίνω inquiro, ἐρωτῶ interrogo, ἐρευνῶ scrutor, εὑρίσκω inuenio. Item an obtinendi significationem habeant, ἔχω habeo, φυλάσσω seruo, ἀναγκάζω cogo, εἴργω coërceo, ἐλαύνω impello, νικῶ uinco. Prætereà, an hortatiua sint, παρακαλῶ adhortor, ἐρεθίζω prouoco, προτρέπω admoneo, παρορμῶ incito, παροξύνω exacuo. Et an uocatiua, φωνῶ loquor, ὀνομάζω nomino, καλῶ uoco. Item, an ad artificium pertineant, οἰκοδομῶ ædifico, σκυτοτομῶ coriariam exerceo, ἰατρεύω curo. Et ad offensionẽ, ἐπιτιμῶ impono, ἐξαπατῶ decipio, φενακίζω fucum facio, κλέπτω furor, παραλογίζομαι circũuenio. Et ad doctrinam uel affectum, παιδεύω instituo, σωφρονίζω corrigo, πείθω persuadeo, διδάσκω doceo, ψύχω refrigero, θερμαίνω calefacio, διατίθημι afficio. Item, an commiseratiua sint, ὀδύρομαι deploro, κλαίω fleo, θρηνῶ lamentor, οἰκτίζω miseror, ἐλεῶ misereor. Et precatiua, ἀντιβολῶ obsecro, ἱκετεύω supplico, ἐκλιπαρῶ obtestor, λιτανεύω rogo, ἐρωτῶ cum idem est quod hortor, γουνοῦμαι genua amplector. Et commercij significatiua, πωλῶ uendo, ἀγοράζω emo, συμβάλλω paciscor. Et naturalia, ut γεννῶ gigno, & φύω produco, & αὔξω augeo. Talia enim accusatiuo iunguntur.

EXPLANATIO.

HIS locis continentur uerba, quæ cum accusatiuo cõstruuntur cuiuscunque sint generis, quæ prima species est simplicis transitionis. Ἔστι δὲ μείζω ἐνέργειαν.) Maior actio in personam spectat, quæ cõsiteri potest id quod in ipsam agitur: unde in actiuis plena interpretatio passiua nascitur: ut, τιμῶ Σωκράτην, τιμῶμαι ἐγὼ Σωκράτης. Est itaque ferè propria eorum uerborum, quæ ἐνεργητικὰ siue δραστήρια & ὀρθὰ dicuntur. Minor uerò in accusatiuum rei transit, & cõmunis est omnis generis uerborum, etiam neutrorum & passiuorum. Vnde inferius di-

M

cet ὥσπερ ἄρα καὶ πᾶν εἴη ἂν ἐνεργείας ἐλάσσονος ἐνεργητικόν. Καὶ φρονῶ τὰ εἰκότα.) φρονῶ neutrũ, accusatiuo iungitur minoris actionis. Σκοπεῖν δεῖ.) Ἔλλειψις Ἀττική. deest enim uerbũ χρή. Aristoteles in Analyticis prioribus, πρῶτον εἰπεῖν περὶ τί καὶ τίνος ἡ σκέψις ἐστίν. εἶτα διορίσαι τί ἐστι πρότασις. sic alibi sæpe. Est autẽ subintelligendũ, αἰτιατικῇ γὰρ τὰ τοιαῦτα συντάττεται, quod in fine semel posuit. Λοιδορῶ.) Animaduertẽdum est ex ijs uerbis quædam una & eadem significatione uarie construi. dicitur enim λοιδορῶ σε, & λοιδορῶ σοι: μέμφομαί σε, & μέμφομαί σοι: &, ἐπαινῶ σου τὴν εὐσέβειαν, & ἐπαινῶ σε τῆς εὐσεβείας. Sic θαυμάζω & ἄγαμαι. item προσκυνῶ θεῷ καὶ θεόν. Καὶ ἐποίησεν μόσχον ἐν χωρὴβ καὶ προσεκύνησεν τῷ γλυπτῷ. Γουνοῦμαι.) Iliad. φ. Γουνοῦμαί σ᾽ Ἀχιλεῦ, σὺ δέ μ᾽ αἴδεο καί μ᾽ ἐλέησον. Ἐρωτῶ ἐν ἴσῳ τῷ παρακαλῶ.) id est ἰσοδυναμοῦν, ut ἐρωτῶ σε, id est παρακαλῶ, uel ἱκετεύω, δέομαι, authore Suida. Καὶ αὖθις ἐλθὼν πρὸς αὐτὸν ἐπὶ τὸ δεῖπνον ἠρώτα. De eadem re Apollonius libro III. Καὶ ὅσα ἱκετείαν σημαίνει, γουνοῦμαί σε ἄνασσα. ἐρωτῶ σε νῦν ἐν ἴσῳ τῷ παρακαλῶ σε, λιτανεύω. Hæc significatio frequens est in sacris literis. Matthæi XV. cap. Καὶ προσελθόντες οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ἠρώτων αὐτὸν λέγοντες, ἀπόλυσον αὐτήν, ὅτι κράζει ὄπισθεν ἡμῶν. Rursus XVI. Καὶ προσελθόντες οἱ φαρισαῖοι, καὶ σαδδουκαῖοι, πειράζοντες ἐπηρώτησαν αὐτὸν σημεῖον ἐκ τοῦ οὐρανοῦ δεῖξαι αὐτοῖς.

ΤΟΠΟΙ ΤΟΥ ΔΕΥΤΕΡΟΥ.

ΤΟΥ δὲ δευτέρου, τὰ κατ᾽ αἴσθησιν ἀναληπτικά, οἷον αἰσθάνομαι, ἀκούω, ἅπτομαι, γεύομαι, ὀσφραίνομαι, ἐρῶ, ἐπιθυμῶ. τὸ δὲ ὁρῶ αἰτιατικῇ, διὰ τὸ ἐναργεστάτην εἶναι τὴν ὄψιν, καὶ ἐπὶ πλέον δύναται. καὶ τὰ τούτοις συνωνυμοῦντα, ὁρῶμαι, θεῶμαι. Καὶ τὰ φροντιστικά, καὶ κτητικά, φροντίζω, ἐπιμέλομαι, φείδομαι, ἀπολαύω, κοινωνῶ, μετέχω, μέμνημαι. Καὶ τὰ ἀρχικά, βασιλεύω, δεσπόζω, κυριεύω, τυραννῶ, ἄρχω, κρατῶ. εἴη δ᾽ ἂν καὶ ὡς κτητικά, τὰ τοιαῦτα. Καὶ τὰ διαφορικά, καὶ τὰ ἀποστηματικά, καὶ ἐκστατικά, διαφέρω, χωρίζομαι, ἀπέχω, στέρομαι, ἁμαρτάνω.

LOCI SECVNDAE SPECIEI.

SECVNDAE speciei autem sunt sensus comprehensionem significantia, ut αἰσθάνομαι sentio, ἀκούω audio, ἅπτομαι tango, γεύομαι gusto, ὀσφραίνομαι olfacio, ἐρῶ amo, ἐπιθυμῶ appeto. Sed ὁρῶ uideo, accusatiuo iũgitur, propterea quòd sensuum acerrimus est uisus, maxi-

meq;

meq; penetrat: & quæ sunt his synonyma, ὁρῶμαι contemplor, θεῶμαι specto. Item quæ curã significant & possessionem, φροντίζω curo, ἐπιμέλομαι curo, φείδομαι parco, ἀπολαύω fruor, κοινωνῶ cõmunico, μετέχω participo, μέμνημαι memini. Et principatum, βασιλεύω regno, δεσπόζω dominus sum, κυριεύω dominor, τυραννῶ tyrannũ ago, ἄρχω præsum, κρατῶ uinco. Sed hæc erunt etiam tanquam possessiua. Item differentiam, & separationem, & aberrationem, διαφέρω differo, χωρίζομαι separo, ἀπέχω disto, στέρομαι priuo, ἁμαρτάνω aberro.

EXPLANATIO.

ΤΟΥ̃ δὲ λοιποῦ.) Subaudiendũ εἴδους τῆς καθ' ἕκαστα μεταβάσεως, ut suprà. In his primum locũ habẽt uerba quæ ad sensum pertinent: quorũ nonnulla tamen etiã cum accusatiuo interdũ construuntur, ut ἀκούω, ἀκροῶμαι, αἰσθάνομαι, ὀσφραίνομαι. Ea uerò quæ ad uisum pertinent, semper accusatiuũ desiderant, propter eius sensus (ut inquiũt) uim acerrimam. est enim omnium sensuum acutissimus sensus oculorũ. Reliqui magis patiuntur quàm agunt: quare his etiam attributus est genitiuus passiuorum proprius. Hac de re Apollonius eleganter disserit libro γ. cap. λα. Φροντίζω.) Hoc uerbum etiam accusatiuo iungitur, & ἀπολαύω, καρποῦμαι, μετέχω, & μέμνημαι. Ἄρχω.) datiuum etiã inuenit apud Atticos. Cæterùm βασιλεύω, δεσπόζω, κυριεύω, ἐξουσιάζω, ἡγεμονεύω accusatiuum habẽt, cùm facere significant regem, dominum, potestatem, ducem. Ἁμαρτάνω.) Isocrates in Panathe. τοῖς μὲν τοίνυν μετρίοις ὥσπερ τὴν μαθητὴν τοῖς ἀπὸ τῶν ἐπιτυχουσῶν ἐξηπατημένοις, καὶ διημαρτηκόσι τῶν ἐλπίδων, εἰκότως ἂν συγγνώμην ἔχοιμεν. Homer. Iliad. ψ. ὄρνιθος μὲν ἅμαρτε, μέγηρε γάρ οἱ τό γ' Ἀπόλλων. Et in epigrammate, ἀμφοτέρων δ' ἥμαρτεν ὁ νῦν βίος. Thucydides libro VIII. τῶν γὰρ μακρῶν τειχῶν διὰ τὴν κατ' αὐτὰ ἐρημίαν λήψεως οὐκ ἂν ἁμαρτεῖν.

ΤΟΠΟΙ ΤΟΥ̃ ΤΡΙ͂ΤΟΥ.

ΤΟΥ̃ δὲ τρίτου, τὰ περιποιητικὰ, καὶ ἀντιπεριποιητικὰ, οἷον δίδωμι, πέμπω, λέγω, χαρίζομαι, ἀντιλέγω, παλαίω, ἐναντιοῦμαι, ἀμφισβητῶ, μάχομαι. Καθόλου δὲ πᾶν ῥῆμα, ὅπως ἂν ἔχῃ, καὶ ὡς περιποιητικὸν ἐστὶ λαμβάνειν ταυτό. ὠφελῶ γὰρ τοὺς ἀνθρώπους. ἀλλὰ καὶ ὠφελῶ ἀνθρώπους τῇ πόλει. διδάσκω τὸν νέον, καὶ διδάσκω σοι τὸν νέον. ὥσπερ ἄρα καὶ πᾶν εἴη ἂν ἐνεργείας ἑκάστου ἐνεργητικὸν, ὠνησάμην ὁπόσα ἔδει τἀνδρός. ἐχρησάμην πάμπολλα τῷ ἀνδρί. ὠφέλησα προ-

θύμως τὰ δυνατά. εἰλήφθω δὲ καὶ ὡς ἀντιποιητικὸν τὸ δουλεύω, καὶ πιστεύω, καὶ ὑπηρετῶ, καὶ ἀκολουθῶ, καὶ εἴκω, καὶ τὰ ὅμοια.

LOCI TERTIAE SPECIEI.

TERTIAE uerò speciei acquisitiua sunt, & redacquisitiua, ut δίδωμι do, πέμπω mitto, λέγω dico, χαρίζομαι gratificor, ἀντιλέγω contradico, παλαίω luctor, ἐναντιοῦμαι aduersor, ἀμφισβητῶ contendo, μάχομαι pugno. Generaliter autem omne uerbũ, quodcunque fuerit, etiam tanquam acquisitiuum licet accipere. Nam ὠφελῶ ἀνθρώπους, iuuo homines dicimus: quinetiam ὠφελῶ ἀνθρώπους τῇ πόλει, iuuo homines ciuitati, διδάσκω τὸν νέον, doceo iuuenem, & διδάσκω σοι τὸν νέον, doceo tibi iuuenem. Quemadmodum etiam omne uerbum minoris actionis actiuum esse potest, ut ὠνάμην ὁπόσα ἔδει τ' ἀνδρός, fruitus sum quantum oportebat homine, ἐχρησάμην πάμπολλα τῷ ἀνδρί, plurimum usus sum homine, ὠφέλησα πρὸς θύμως τὰ δυνατά, iuui libenter pro uiribus. Accipiatur autem tãquam acquisitiuum etiam δουλεύω seruio, & πιστεύω credo, & ὑπηρετῶ ministro, & ἀκολουθῶ sequor, & εἴκω pareo, & similia.

EXPLANATIO.

LOCI tertiæ speciei simplicis trãsitionis cum datiuo. Ἀντιποιητικά.) Aduersatiua, siue redacquisitiua. Plautus redabsoluere dixit. εἰς ποριστικὸν ἔστι λαμβάνειν.) ut datiuum habeat tanquã acquisitiuum scilicet: quemadmodum (ut subijcit) etiam omne uerbum potest habere accusatiuum tanquã actiuum minoris actionis. ὠνάμην ὁπόσα ἔδει.) γρ. ἔδει in manuscripto codice. & ὠνάμην, id est ἀπέλαυσα, non ut quidam uoluerunt ὤνησα, quod actiuum est maioris actionis: ὠνάμην uerò minoris actionis accusatiuum habere potest, ut in exemplo Theodori, nõ maioris. Est autem sensus & ordo, ἀπέλαυσα τ' ἀνδρὸς ὁπόσα ἔδει ἀπολαύειν, homine frui mihi cõtigit quãtum par erat. Fit autem ὠνάμην per syncopen ex ὠνησάμην. Eodem modo est usus Synesius hoc uerbo, ἡμετέρα πεντάπολις γεναδίου μὲν τοῦ Σύρου πολλὰ εὖ θεῖ πολλῶν ὤνατο. Sic ἐχρησάμην πάμπολλα τῷ ἀνδρὶ dicitur, ubi τὸ ἐχρησάμην, quod ad datiuũ attinet cui iũgitur, est τοῦ τοῦ ἄλλους: accusatiui autem causa τῶν ἐνεργητικῶν ἐλάσσονος ἐνεργείας. i. πρὸς τοὺς ἄλλους. In uerbis autẽ passiuis idem accusatiuus minoris actionis frequens est. Demosthenes κατὰ Ἀνδροτίωνος, Συμβέβηκε δὲ πολλὰ καὶ δεινὰ καὶ παρὰ πάντας τοὺς νόμους Εὐκτήμονος ὑβρισμένου, ἐλάττω

τοῦτ'

πῶτ' ἐστὶν τῶν ἐμοὶ γεγενημένων δι' ἀνθρώπων πραγμάτων. Et περὶ παραπρεσβείας, πάντα διηπατημένοι. Item περὶ Στεφάνου, πολλὰ μὲν οὖν ἴσως γ' ἐλαττοῦμαι περὶ τουτονὶ τὸν ἀγῶνα Αἰσχίνου.

ΠΕΡΙ ΣΥΓΚΕΙΜΕΝΩΝ.

ΔΗΛΟΝ δ' ἐκ τούτων καὶ ὅπως τοῖς συγκειμένοις χρησόμεθα. ἐκ δὲ τῶν εἰρημένων ἁπλῶς συνθέντες ὡς ἂν τὰ παρὰ τὴν χρείας, καὶ διανοίας ἀπαιτῇ, φθεγξόμεθα.

DE COMPOSITIS.

PERSPICVVM autem ex his est, quo pacto etiam compositis uti debeamus. Nam ex simplicibus componentes, sicut usus sententiáque postulauerit loquemur.

EXPLANATIO.

POST locos simplicis transitionis sequuntur loci compositæ, cum breui singularum eius formarum explanatione. ἐκ γὰρ τῶν εἰρημένων ἁπλῶς συνθέντες.) γραφ. ἁπλῶν συνθέντες.

ΔΙΑΒΑΤΙΚΩΣ.

ἬΤΟΙ διαβατικῶς, ἃ δεῖ τῶ κατ' ἐνέργειαν πράγματος. οἷ, ὠφελῶ ἀνθρώπους τὰ δυνατά. παρέχομαι χρήματα ἀνδρὶ πένητι.

PERTRANSITIVE.

AVT pertransitiue, si re opus sit in qua exerceetur actio. ut, ὠφελῶ ἀνθρώπους τὰ δυνατά, *iuuo homines pro uiribus,* παρέχομαι χρήματα ἀνδρὶ πένητι, *prebeo pecuniam uiro pauperi.*

EXPLANATIO.

ἬΤΟΙ διαβατικῶς.) φθεγξόμεθα. *Hæc est prima species composita, cùm accusatiuus additur simplicibus (ut dictũ est) qui accusatiuus rem significat, in qua uersatur actio, priore obliquo actionẽ recipiente, id est significante personam quæ patitur, ut* διδάσκω σε τὰ γραμματικά.

ΑἸΤΙΟΛΟΓΙΚΩΣ.

Ἢ αἰτιολογικῶς καὶ ἐλλειπτικῶς, ἃ δεῖ τῆς αἰτίας διὰ ἣς ἡ ἐνέργεια. οἷ, ἐπαινῶ Σωκράτην τῆς ἀρετῆς. ὠνοῦμαι πυροὺς στατήρων τεττάρων. μεταδίδωμί σοι τοῦ περιόντος.

CAVSALITER.

Aut causaliter & defectiue, si causa exprimenda sit propter quã existit actio. ut, ἐπαινῶ Σωκράτην τῆς ἀρετῆς, *laudo Socratẽ uirtutis ergô,* ὠνοῦμαι πυροὺς στατήρων τεττάρων, *emo tritici medimnũ tribus tetradrachmis,* μεταδίδωμί σοι τοῦ περιόντος, *ĩpertior tibi, de eo quod superest.*

EXPLANATIO.

Ἢ αἰτιολογικῶς καὶ ἐλλειπτικῶς.) *ubique subaudiendum est* φθεγξόμεθα. *hæc secunda species erat.* Ἑξῆς.) *id est* δι' ἥν, *causam propter quam, uel etiam materiam intelligit, quia in reliquis causis quoque* ἀριστοτελίζει. *Nam cum dicimus* ἐπαινῶ Σωκράτην τῆς ἀρετῆς, *materia laudationis est uirtus. hîc* ἕνεκα *subintelligunt: & in alio exemplo* ὠνοῦμαι πυροὺς στατήρων τεττάρων, *præpositionem* διά: *& in tertio* μισθὸν δίδωμί σοι τοῦ προϊόντος, ἀντί. *Quare etiam* ἐλλειπτικὸν *hoc genus uocant.*

ὈΡΓΑΝΙΚΩ͂Σ.

Ἢ ὀργανικῶς, εἰ ὅθεν ἡ κατ' ἐνέργειαν κίνησις, φάναι δέοι. οἷον, φθόνῳ οὐκ ἐπαινεῖ Κλέων τὰ καλά.

INSTRVMENTALITER.

AVT instrumentaliter, si unde actionis motus oriatur, dicere oporteat. ut, φθόνῳ οὐκ ἐπαινεῖ Κλέων τὰ καλά, *inuidia non laudat Cleon præclara.*

EXPLANATIO.

Ἢ ὅθεν ἡ κατ' ἐνέργειαν κίνησις.) *Instrumentum ex causis efficientibus est, unde motus existit actionis. In his enim aliæ agunt, aliæ agendi sunt instrumenta.*

ΤΕΛΙΚΩ͂Σ.

Ἢ τελικῶς, εἰ τὸ οὗ ἕνεκα δέοι προσθεῖναι. οἷον, τάττω σε προηγεῖσθαι τῶν ἄλλων.

FINALITER.

AVT finaliter, si finis actionis addendus sit, ut τάττω σε προηγεῖσθαι τῶν ἄλλων, *uolo te ducem esse aliorum.*

EXPLANATIO.

ΤῸ οὗ ἕνεκα.) *Quod ultimum in agendo est, & cuius gratia fit res,* τὸ οὗ ἕνεκα *dicitur ab Aristotele, id est finis causarum omnium potissima.*

ΕἸΔΙΚΩ͂Σ.

Ἢ εἰδικῶς, εἰ τὸ καθ' ὃ σημαίνεται δοκεῖ. οἷον, φασὶ τὸν περὶ τὸν βασιλέα ἐληλυθέναι.

FORMALITER.

AVT formaliter, si formam eloqui placet, ut φασὶ τὸν περὶ τὸν βασιλέα ἐληλυθέναι, *dicunt regem uenisse.*

EXPLA-

EXPLANATIO.

Εἰ τὸ καθ' ὅ.) *Apud eundem philosophum* τὸ καθ' ὃ *formam significat, siue speciem. i.* αἴτιον, καθ' ὃ τὸ τί ἦν εἶναι ἔχει τὰ συγκείμενα. *Nam cùm materia infinitum quiddam sit & confusum, per formã finita ac terminata certæ rei nomen accipit, & definitionem. In oratione existit aliqua huiusce rei similitudo. Nam cùm dicimus* φασὶ *generaliter & infinite loquimur: cùm autẽ addimus* ἐληλυθέναι, *uel* ὅτι ἐληλύθασι, *quod genus constructionis* εἰδικὸν *uocant, specialiter & finite. Itaque generalia & confusa in certam speciem redigit hæc constructio, unde specialis, siue formalis dicitur.*

ΕΛΛΕΙΠΤΙΚΩ͂Σ.

Ἢ ἐλλειπτικῶς τοῦ κατά. δῆλον δ' ἐκ τῆς τῶν τόπων ἐκθέσεως.

DEFECTIVE.

AVT per defectum præpositionis κατὰ, *quod planum erit ex locorum expositione.*

EXPLANATIO.

HAEC est ea species, quæ ἐλλειπτικὸν δεύτερον *dicta est suprá.* Ἐκ τῆς τῶν τόπων ἐκθέσεως.) *Qui loci exponentur inferius in cap.* τοῦ ἐλλειπτικοῦ.

ΤΟΥ͂ ΤΕΛΙΚΟΥ͂.

Τόποι δὲ τοῦ μὲν τελικοῦ, ἔνθα τὸ ἵνα ἁρμόττει. οἷ', τάττω σε ἵνα προηγῇ τῶν ἄλλων.

FINALIS GENERIS.

LOCI uerò finalis, ubi ἵνα *congruit, ut* τάττω σε ἵνα προηγῇ τῶν ἄλλων, *uolo ut dux sis aliorum.*

EXPLANATIO.

Τόποι δὲ τοῦ μὲν τελικοῦ.) *Per infinitum uidelicet, ubi* ἵνα *conuenit. ut,* τάττω σε προηγεῖσθαι τῶν ἄλλων, *id est* τάττω σε ἵνα προηγῇ τῶν ἄλλων, *posuit exempli interpretationem exemplo præterito, tametsi* τελικὸν *est utrunque.*

ΤΟΥ͂ ΕἸΔΙΚΟΥ͂.

Τοῦ δὲ εἰδικοῦ, ἔνθα τὸ ὅτι. φασὶν ὅτι ἐληλύθασιν οἱ περὶ τὸν βασιλέα.

FORMALIS.

FORMALIS uerò, ubi ὅτι, *quòd:* φασὶν ὅτι ἐληλύθασιν οἱ περὶ τὸν βασιλέα, *aiunt regem uenisse.*

EXPLANATIO.

Ἔνθα ὅτι.) Subaudi ἁρμόττει per infinitiuum, ut superius: ut φασὶ ἐληλυθέναι τὸν περὶ τὸν βασιλέα, hoc est φασὶ ὅτι, & cætera.

ΤΟΥ ἘΛΛΕΙΠΤΙΚΟΥ.

ΤΟΥ δὲ ἐλλειπτικοῦ δευτέρου, ἔνθα χρόνου δηλῶσαι δέοι ποσόν. οἷ, ἔζησεν ἔτη πολλά. Ἢ τὸ ἀπ' αὐτοῦ ἀνθρώπου προσώπου καὶ πάσχοντος. οἷ, φθείρεις τὰ κοινὰ τὸ σὸν μέρος. Ἢ τὸ κατά τι. οἷ, ὡς τίκτουσι τὰ πολλὰ αἱ γυναῖκες. καὶ, σοφὸς τὰ μηχανικά. Ἢ τὸ αἴτιον οὐ πάνυ τοι τῷ ὀργανικῷ ἀνομοίως. οἷ, πάντα δὲ ταῦτα γέγραφε τὸν εἰρημένον τρόπον, ὡς ἂν εἰς βυβλίον καταθοῖτο.

DEFECTIVAE SPECIEI.

SECVNDAE autem defectiuæ speciei loci sunt, ubi tēporis indicare oportet spatium. ut, ἔζησεν ἔτη πολλά, uixit annos multos. Aut id quod est eius personæ quæ agit & patitur: ut, φθείρεις τὰ κοινὰ τὸ σὸν μέρος, perdis rem communē pro tua parte. Aut quatenus. ut, ὡς τίκτουσι τὰ πολλὰ αἱ γυναῖκες, unū pariunt plerunque fœminæ. &, σοφὸς τὰ μηχανικά, solers in mechanicis. Aut causam, quod genus non ad modū est instrumētali dissimile. ut, πάντα δὲ ταῦτα γέγραφε τὸν εἰρημένον τρόπον, ὡς ἂν εἰς βιβλίον καταθοῖτο, hæc autem omnia scripsit quo dictum est modò, ut in librum redigeret.

EXPLANATIO.

ΤΟΥ δὲ ἐλλειπτικοῦ.) Subaudi τόποι εἰσί. Superius breuiter definiuit quid ἐλλειπτικὸν esset, & ἐλλειπτικῶς loqui, nunc eius locos indicat. Ἔζησεν ἔτη πολλά.) γραφ. ἐζήτησεν. Ἢ τὸ ἀπ' αὐτοῦ τοῦ ἀνθρώπου.) Subaudi δηλῶσαι δέοι. τοῦ articulus deest in manuscripto codice, & omnino abundare uidetur, nisi præponatur, ut sit τὸ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ: aut quod ab eadem persona agente & patiente pendet, hoc est τὸ αὐτοπαθὲς ἢ τὸ ἀντανάκλαστον, ἔνθα τὸ αὐτὸ πρόσωπον ἐνεργεῖ καὶ πάσχει. Est enim reciprocum illud τὸ σὸν μέρος, & in personam agentem retorquetur, hoc est quātum in te est, pro tua uirili. Sic τὸ ἐμὸν, τὸ ἐπ' ἐμοὶ, τὸ κατ' ἐμὲ, τὸ κατ' ἐμαυτοῦ μέρος, τὸ ἐπ' αὐτὸν ἥκει μέρος, καὶ τὸ ἥκει dicere consueuerunt. Ἢ τὸ κατά τι.) δηλῶσαι δέοι. i. aliquatenus: cui opponitur simpliciter, id est omnino. τὸ δὲ ἁπλῶς ἐστὶν, ὃ μηδενὸς προστεθέντος ἐρεῖς, inquit Aristoteles libro secundo Topicorum. uerbi gratia: si dicas ὅτι σοφός ἐστι, simpliciter dicis, & omnino tribuis huic solertiam. Si uerò aliquid adijcias hoc modo, ὅτι σοφός ἐστι τὰ μηχανικά,

τὰ μηχανικά, non simpliciter, sed aliquatenus solertem dicis, id est κατά τι, nimirum κατὰ τὰ μηχανικά. Sic ἐν Σκύθαισι αἱ γυναῖκες, simpliciter dicitur: sed ἐν Σκύθαισι τὰ πολλὰ αἱ γυναῖκες, aliquatenus. Accusatiuo igitur efferūt ἐλλειπτικῶς τὸ κατά τι. hoc grammaticis est uulgò synecdoche. Ἀνομοίως.) Vnde etiam per datiuum loquuntur interdum in eadem re, qui casus est τοῦ ὀργανικοῦ. ὑγιαίνω τῷ σώματι. ἔρχομαι ταύτῃ τῇ ὁδῷ. Βουρδιγαλαῖός εἰμι τῷ γένει. Sed ut suprà dixit in constructione τοῦ ἐπιθέτου ὀνόματος, ἡ τῆς δοτικῆς χρῆσις οὐ πάνυ τοι ἀκριβής. Πάντα δὲ ταῦτα γέγραφε.) γράφ. γέγραπται. ὡς ἄν.) ἀντὶ τοῦ ἵνα, ut in librum redigeret. γράφ. ὃν ἂν εἰς βιβλίον, &c. Sic Aristoteles in tertio de partibus, Καὶ σύστοιχα γὰρ ἀλλήλων εἰσὶ τὸν εἰρημένον τρόπον.

ΤΌΠΟΙ ΤΟΥ͂ Αἰτιολογικοῦ καὶ ἐλλειπτικοῦ.

ΥΠΟΚΕΊΣΘΩΣΑΝ δὲ καὶ τοῦ αἰτιολογικοῦ καὶ ἐλλειπτικοῦ περὶ τοιοίδε. σκοπεῖν εἰ ἀνταλλαγματικῶς, καὶ ἀντιτιμητικῶς, ὠνοῦμαι, πωλῶ, ἀλλάττω, ἀντιτιμῶ. Ἔτι εἰ πληρωτικῶς, γεμίζω, πληρῶ, κενῶ. Ἔτι εἰ διαιρετικῶς τι, καὶ ἐκστατικῶς, καὶ ἐφετικῶς, γυμνῶ, ἀπαλλάττω, ἀφίστημι, ἀπολύω, κωλύω, ἀναστέλλω, συγχωρῶ, ἀπείκω, κουφίζω, ἀμβλυώω, καθαίρω, ἀφαιρῶ, φείδω. Ἔτι εἰ ἐπιδεικτικῶς, καὶ εἰς ἀρετὴν ἀποδεκτικῶς, ἐπαινῶ, θαυμάζω, εὐδαιμονίζω, ζηλῶ, ἀποδέχομαι. Ἔτι εἰ μετουσιαστικῶς τι, καὶ μεταδοτικῶς, κοινωνῶ, μετέχω, μεταδίδωμι, ἀξιῶ. Ἔτι εἰ φιλικῶς, ἢ οἰκτικῶς, φιλῶ, ἀγαπῶ, ἐλεῶ, οἰκτείρω. Καθόλου δὲ τὸ περὶ τὴν αἰτίαν ἐλλεῖπον, μέμφομαί σοι ἀχαριστίας, αἰτιῶμαί σε διαβολῆς, κατηγορῶ σου κλοπῆς. Ἔτι εἰ ἀποχώσει χρόνου παρήκοντος ἢ πλέους, δέοι τοῦτον χρονικὸν προσυπακούεσθαι, οὐκ ἦλθον, οὐκ εἶδον, οὐκ εἶδον χρόνου πολλοῦ. Ἔτι εἰ τὸ ἐγγὺς τοῦ γενέσθαι, καὶ παρὰ μικρὸν συμβεβηκέναι τι δηλῶσαι δέοι, μικροῦ παρῆλθον, μικροῦ διέφυγεν. Ἔτι εἰ ἀπὸ μέρους. οἷον, κρεμῶ σε τοῦ ποδός, πίνω τοῦ ὕδατος, δρέπομαι τῶν ἀνθέων. Ἔτι εἰ καιροῦ ὡρισμένου χρεία. οἷον, ἡμέρας τι, καὶ νυκτὸς ἐργάζεται. ἑσπέρας ἥκει. χειμῶνος καὶ ἔαρος αἱ κοιλίαι θερμαί εἰσι. Φανερὸν οὖν καὶ ὡς τὸ αὐτὸ ῥῆμα λαμβανόμενον διαφόρως διοίσει τι ἑαυτοῦ τῷ εἶναι, καὶ διαφόρως προσαγορευθήσεται, καὶ συντάξεται. οἷον, τὸ λύω σωματικὸν μὲν, ἢ δεῖ σωματικῆς ἐνεργείας τοῦ λύοντι. διαιρετικὸν, ἢ τὸ λυόμενον γίνεται ἔξω δεσμοῦ. παραπλησίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων θεωρητέον, καὶ πρὸς τὸ ἐπινοούμενον αἰεὶ συντακτέον.

LOCI CAVSALIS ET DEFECTIVAE SPECIEI.

ADIICIANTVR autem loci etiā causalis, & defectiuæ speciei huiusmodi. Videndum est, an aliquid dicere oporteat permutantis modo & æstimantis, ut ὠνοῦμαι emo, πωλῶ uendo, ἀλλάττω permuto, ἀξιῶ æstimo. Et implentis, ut γεμίζω impleo, πληρῶ repleo, κενῶ euacuo. Item diuidentis, abstrahentis, & prohibentis, ut γυμνῶ nudo, ἀπαλλάττω libero, ἀφίστημι remoueo, ἀπολύω absoluo, κωλύω prohibeo, ἀνασέλλω repello, συγχωρῶ concedo, ὑπείκω cedo, κουφίζω leuo, ἀμβλύνω hebeto, καθαίρω repurgo, περικαίρω circuncido, ψεύδω fallo. Item demōstrantis & uirtutem approbantis, ἐπαινῶ laudo, θαυμάζω admiror, εὐδαιμονίζω beatum dico, ζηλῶ æmulor, ἀποδέχομαι approbo. Et communicantis, & participantis, ut κοινωνῶ communico, μετέχω participo, μεταδίδωμι impertior, ἀξιῶ dignor. Et amantis uel miserantis, ut φιλῶ amo, ἀγαπῶ diligo, ἐλεῶ misereor, οἰκτείρω miseror. Et in uniuersum, quod circa causam deest, ut μέμφομαί σοι ἀχαριστίας accuso te ingratitudinis, αἰτιῶμαί σε διαβολῆς, reum ago te calumniæ, κατηγορῶ σου κλοπῆς, criminor te furti. Item, uidendum est an negando tempus præteritum perfectum oporteat quantum præterierit temporis definire: ut, οὐκ ἦλθον non ueni, οὐκ εἶδον non uidi, οὐκ εἶπον χρόνου πολλοῦ, non dixi longo tempore. Item, an propemodum factum esse, & ferè contigisse aliquid significare oporteat, μικροῦ παρῆλθεν, ferè præterij, μικροῦ διέφυγεν, ferè effugit. Et, an partem, ut κρεμῶ σε τοῦ ποδὸς, suspendo te pede, πίνω τοῦ ὕδατος, bibo aquam, δρέπομαι τῶν ἀνθῶν decerpo flores. Et, an tempore definito opus sit, ut ἡμέρας τε καὶ νυκτὸς ἐργάζεται, die & nocte opus facit, ἑσπέρας ἧκεν, uesperi uenit, χειμῶνος καὶ ἔαρος αἱ κοιλίαι θερμαί εἰσι, hyeme & uere uentres calidi sunt. Perspicuum igitur est, idem uerbum uariè acceptum re ipsa à se ipso differre, & uarie appellari atque construi: ut λύω soluo, corporale quidem est, quatenus ei qui soluit, corporis functione est opus: discretiuum uerò quatenus id quod soluitur, eximitur uinculis. Eodem autem modo etiam in cæteris exploratè agendū est, ut ad sensum constructio semper referatur.

EXPLANATIO.

ΥΠΟΚΕΙΣΘΩΣΑΝ.) *Suprà docuit quid sit τὸ αἰτιολογικὸν, καὶ ἐλλειπτικὸν εἶδος his uerbis, ἢ αἰτιολογικῶς ἢ ἐλλειπτικῶς φθέγγεσθαι, εἰ*

δεῖ τὸ

δεῖ τῆς αἰτίας, ἐξ ἧς ἡ ἐνέργεια. nunc locos eius exponit. Σκοπεῖν εἰ ἀντικαταλλακτικῶς καὶ ἀξιωματικῶς.) Subaudiendum ubique δεῖ τι δηλῶσαι. Videndū est, an permutatiue & æstimatiue aliquid dicēdum sit, id est cū significatione permutationis & æstimationis. Aldinus codex habet ἀνταποδοτικῶς pro ἀξιωματικῶς. Καὶ ἀφοριστικῶς.) deest in Aldino codice, & manu scripto. Ἐφεκτικῶς.) παρὰ τὸ ἐπέχειν, prohibere. Est autē huius loci, ἐπέχω σε δρόμου. Plutarchus, ἔσχε τοῦ δρόμου καὶ τὴν πορείαν ἱδρύσας πολλὰ μὲν αὐτὸς ἐν ἑαυτῷ διήνεγκε. de Cæsare apud Rubiconem. Ἀφίστημι.) dirimo, disiungo, ad defectionē solicito. Herodianus, φόβῳ τοῦ Μαξιμίνου πάντα ἔπραττεν εἰς τὸ ἀποστῆσαι αὐτοῦ τὰ ἔθνη, ut nationes ad deficiendum ab eo impelleret. Ἀνασέλλω.) reprimo, repello, τὸ κάλλιστος ἀνέσελλε τὸν πολεμίους. Συγχωρῶ.) ueniam do, indulgeo, facio gratiam. Demosthenes, ἐδεήθην μὴ ἐπὶ τῶν δικαστῶν μηδὲν δι' ἐμὲ τοιοῦτον πρᾶξαι, ἀλλὰ συγχωρῆσαι ὅσου περ αὐτοὶ ἐτιμῶντο θανάτου. Significat etiā astipulari & acquiescere cum datiuo. Lysias, ἐγὼ δὲ ἐκείνου τιμήματι οὐ συνεχώρουν. non eram contentus æstimatione pœnæ illius. Καθαίρω.) purgo. item κατάγω, subduco naues, cui opponitur ἐπαίρω, ἀνάγω, naues deduco. καθαιρῶ autem circunflexum, euertere, detrahere, ac submittere, id quod suprà modum excreuit, significat. Περιαιρῶ.) Amputo, circuncido. περιαιρουμένας ἀμπέλους, putatas uites Gaza dixit ex Cicerone. Ψεύδω.) ἀπατῶ, fallo. Sophocles, Μὴ ψεῦσον ὦ Ζεῦ τῆς ἐμῆς ἐλπίδος. Et Isocrates in Euagora: οὐδὲ τούτου τούτων ἐψεύσθησαν. Ἐπαινῶ.) Exemplū est suprà, ἐπαινῶ Σωκράτην τῆς ἀρετῆς. Θαυμάζω.) quando genitiuo dūtaxat iungitur, significat τὸ καταγινώσκω, ut apud Isocratem in Archidamo, Θαυμάζω δ' ἔγωγε τῶν ἐν ταῖς πόλεσι δυναστευόντων. i. οὐκ ἀποδέχομαι. cum accusatiuo uerò, τὸ ἐπαινῶ, ita tradit Suidas. Εὐδαιμονίζω.) Demosthenes, πολλὰ μὲν τοίνυν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, Φίλιππον εὐδαιμονίσας τῆς τύχης, εἰκότως ἐστὶ μάλιστα εὐδαιμονήσειεν ἁπάντων. Ζηλῶ.) τὸ μακαρίζω. Aristophanes, ὦ ζηλῶ σε τῆς παιδεύσεως, ζηλῶ σε τῆς εὐβουλίας, μᾶλλον δὲ τῆς εὐωχίας ἄνθρωπε τῆς παρούσης. Et rursus, Ζηλῶ σε τῆς εὐγλωττίας. Significat etiā æmulari & inuidere. Hesiodus, Ζηλοῖ δὲ γείτονα γείτων. Costruitur etiā cum datiuo, ut ζηλῶν ἐζήλωκα σου κῷ, Suidas. Ἀποδέχομαι.) ἀποδέχομαί σε τῆς προαιρέσεως, probo consilium tuum. Κοινωνῶ.) Lucianus in Nigrino, ὃν εἰ μὲν προσβλέπειν ἡμᾶς ἔτι ἀξίους, οὐθ' ὁμιλίας μεταδίδως, οὔτε κοινω-

νᾶς, τῆς ὁμοίων λόγων. Μετέχω.) *Polybius*, Καὶ συνέθετο μεθέξειν τῆς κοινῆς συμμαχίας. *Plato in Timæo*, λογισμοῦ δὲ μετέχουσα, καὶ ἁρμονίας ψυχή. Μεταδίδωμι.) *Demosthenes*, Ὑμᾶς ὦ Ἀθηναῖοι πάσης τῆς πόλεως μεταδιδόντες αὐτοῖς. *Isocrat. in Panath.* Καὶ τῆς ὑπαρχόντων αὐτοῖς ἁπάντων μετέδοσαν. *Eodē modo dicitur* ἀγαθοῦ τινὸς μεταλαμβάνειν. Φιλῶ.) Φιλῶ σε τῆς εὐποιΐας. *Et*, Φιλεῖ ἀναγινώσκειν, *pro* ἐθέλει. Ἀγαπῶ.) τὸ φιλῶ, ἢ πλεῖον τοῦ φιλεῖν *significās, accusatiuo iungitur, cui accedere potest genitiuus* ἐλλειπτικῶς. ἀγαπῶ σε ταύτης τῆς σπουδῆς: *sed dum* τὸ ἀρκοῦμαι *significat. i. cōtentus sum, datiuo iungitur, ut* ἀγαπῶ τοῖς ὑπάρχουσιν αὐτῷ ἀγαθοῖς. Ἐρῶ *autē cū genitiuo construitur* ὡσαύτως διαβολῆς λαμβανόμενον. Οἰκτείρω.) Οἰκτείρω σε ἄνθρωπον τῆς δυσπραγίας τοιαύτης. Καθόλου δὲ τὸ τῆς.) *In uniuersum autē qui in causa exprimēda cōtingit defectus, subaudi* τὸ χάριν τοῦ ἐλλειπτικοῦ. Ἔτι δὲ ἀπὸ μέρους.) δηλῶσαι ἢ δεῖ, *subaudi*. Χαμαῖος ὁ ἰατρός.) *Hippocrates lib. I. Aphorismorū.* Φανερὸν δὲ ὡς τὸ αὐτὸ ῥῆμα.) *Perspicuū est igitur idē uerbum, si uarie accipiatur, natura à seipso differre, uarieq́; appellari & construi, ut* λύω *soluo, quia ad corpus pertinet* σωματικὸν *dicitur, construiturq́; cū accusatiuo, sicut traditum est suprà in locis primæ speciei simpliciū. Quia uerò significat separationem, iccirco aliud nomē habet: diciturq́;* διαιρετικὸν, *ex quo etiam cōstructionem cōsequitur aliā cum genitiuo, ut dictū est. Idem omnino in cæteris uerbis obseruandū est, ut ex significatione & sentētia semper constructionis ratio pendeat. Sciēdum autem est quædam esse in his locis* τοῦ ἐλλειπτικοῦ *uerba, in quibus neque* ἕνεκα, *neque ulla præpositio extrinsecus accipienda sit. & ea in nomē cognatum & uerbum* ποιῶ *resoluuntur, ut* γυμνῶ σε τῆς ἀρχῆς, *hoc est* γυμνὸν ποιῶ. ἀθῶ σε τοῦ ἐγκλήματος. κενῶ σε τοῦ πλούτου *Cæterū* γεμίζω τὸ πλοῖον σίτου, & κορέννυμι σε τροφῆς, & ὠθῶ μεστὸν σε ἀγαθῶν, & *similia, suapte natura sic construūtur. Budæus ad hoc genus refert locutiones, quæ duobus genitiuis cōstant apud Latinos, quales sunt apud Cicero. de Aruspicum respon. Nōnulla imperitorum uituperatione timiditatis meæ. & ad Lentulum, Nostra defensio dignitatis tuæ. Et, aliquorum opinio cupiditatis suæ.*

ΠΑΘΗΤΙΚΌΝ.

ΤΟ ΔΕ παθητικὸν δῆλον ὅτι ὁμοίως καὶ τὸ ἐνεργητικὸν συντάττεται, κοινὸν μὲν τὴν ἐκ πρώτου ὀνομαστικὴν ἔχον, ἴδιον δὲ τὴν ἐκ τρίτου γενικὴν ὁμοῦ τῇ ὑπό, ἢ τῇ πρός, ἢ τοῖς ἴσοις, ὡς εἴρηται ἀπεστραμμένως

μένως τοῖς ἄκροις. Σωκράτης φιλεῖ Φαῖδρον, Φαῖδρος φιλεῖται ὑπὸ Σωκράτους, καὶ διδάσκεται πρὸς αὐτοῦ. Κοινὸν οὖν καὶ ὁ ἐκ τετάρτου καὶ ὁμοιότατον, πλὴν ἐπὶ τῶν κλητικῶν, ταύτῃ γὰρ πρὸς εὐθεῖαν. καλοῦμαι Σωκράτης. λέγομεν οὖν, βιβλίον πωλεῖται ὑπὸ Κορίσκου στατήρων πολλῶν. χρυσίον δίδοται πρὸς τοῦ πλουτοῦντος τῷ πένητι. ἴδιον δὲ μάλιστα τοῦ παθητικοῦ τὸ συνεκδοχικὸν τῆς συντάξεως. οἷον, πλήττομαι τὸν πόδα, ἀλγῶ τὴν κεφαλήν.

PASSIVVM.

PASSIVVM uerò constat totidem modis quot actiuum ordinandum esse, communiter quidem à priori nominatiuum ut habeat, sed propriè à posteriori genitiuum, cum ὑπὸ, *uel* πρὸς, *uel similibus, ut dictum est, conuerso extremorum ordine.* Σωκράτης φιλεῖ Φαῖδρον, *Socrates amat Phædrum.* Φαῖδρος φιλεῖται ὑπὸ Σωκράτους, καὶ διδάσκεται πρὸς αὐτοῦ, *Phedrus amatur à Socrate, & docetur ab eo. Communis est etiam is qui quarto loco ponitur casus, nisi in uocatiuis uerbis. hoc enim modo cum nominatiuo construuntur,* καλοῦμαι Σωκράτης, *uocor Socrates. Dicimus itaque* βιβλίον πωλεῖται ὑπὸ Κορίσκου στατήρων πολλῶν, *liber uenditur à Corisco stateribus multis.* χρυσίον δίδοται πρὸς τοῦ πλουτοῦντος τῷ πένητι, *aurum datur à diuite pauperi. Sed propria in primis est passiuo synecdochica constructio, ut* πλήττομαι τὸν πόδα, *percutior pedē,* ἀλγῶ τὴν κεφαλήν, *doleo caput.*

EXPLANATIO.

Τὸ δὲ παθητικόν.) *Generalē ac cōmunē uerborū omnis generis cōstructionē hactenus docuit, & propriā actiuorū: sequitur reliquorū generum propria constructionis ratio. seruato ordine eo quē instituit suprà diuidēdo uerbū κατὰ διαθέσεις.* Ἢ τοῖς ἴσοις.) *ut* παρὰ & ἀκρ. ὡς εἴρηται.) *Quod ad nominatiuū attinet cōmunem à priori, suprà* ἐκεῖ δ' ἄρα ἅπαντα πλῶσαι παρυφισαμένην ἐκ πρώτου ὀρθήν. *nā de genitiuo nihil est antè dictū. Tribuitur etiā datiuus uerbis passiuis,* βιβλίον πωλεῖται Κορίσκῳ. *i.* ὑπὸ Κορίσκου. Ἀντεστραμμένως τοῖς ἄκροις.) *ut actiui nominatiuus in genitiuū, accusatiuus in nominatiuū conuertatur.* Κοινὸν οὖν καὶ τὸ ἐκ τετάρτου.) *Quòd si passiuū uerbum genitiuū solum post se propriū habet, reliqua cōstructione cōmuni cū actiuo (ut dictū est) hoc plane consequitur, ut quod quarto loco ei accedit, id cōmune habeat cū actiuo, exceptis uocatiuis uerbis, cuiusmodi sunt* καλοῦμαι, ὀνομάζομαι, προσαγορεύομαι, *quæ quarto loco nominatiuū habēt, ut* καλοῦμαι Σωκρά-

της παρὰ πάντων, cum accusatiuus actiuo eo loco tribuatur, πάντες καλοῦσί με Σωκράτην. In cæteris passiuis, quibus quarto loco casus cõmunis est cum actiuis exemplum esto, κόρυσκος πωλεῖ βιβλίον στατηρῶν πολλῶν. βιβλίον πωλεῖται ὑπὸ κορύσκου στατηρῶν πολλῶν. communis casus est στατηρῶν πολλῶν quarto loco. ἀλλὰ τὴν κεφαλήν.) uerbum est αὐτοπαθητικόν.

ΟΥΔΕΤΕΡΟΝ ΥΠΑΡΚΤΙΚΟΝ.

ΤΩΝ δὲ οὐδετέρων τὸ μὲν ὑπαρκτικὸν ὀνομαστικῇ ἐκ τρίτου συντάσσεται. Σωκράτης ἐστὶν, ἢ τυγχάνει λευκός. τὸ γὰρ μὴν τυγχάνει βέλτιον εἰς εὐθεῖαν μετοχικὴν ἐκ τρίτου. Σωκράτης τυγχάνει ὢν ἀγαθός. ἢν δὲ ἡ μετοχὴ μὴ ὑπαρκτικοῦ ᾖ, οὐδενὸς δεῖ ἐκ τετάρτου. ἁπλῶς γὰρ φαμὲν, Σωκράτης τυγχάνει περιπατῶν, ἢ διαλεγόμενος. τἆλλα δὲ κοινὰ πρὸς τὸ ἐνεργητικόν.

NEVTRVM SVBSTANTIVE.

EX neutris autem quod substantiuum est, cum nominatiuo à tergo construitur: ut, Σωκράτης ἐστὶν, uel τυγχάνει λευκός, Socrates est albus: τυγχάνει tamen melius in nominatiuum fertur participij, à tergo: ut, Σωκράτης τυγχάνει ὢν ἀγαθός, Socrates est bonus. Quòd si participium absit uerbi substantiui, nullo casu opus est quarto loco: perfecte enim dicimus, Σωκράτης τυγχάνει περιπατῶν, ἢ διαλεγόμενος, Socrates deambulat, uel disserit. Cætera communia sunt ipsi cum actiuo.

EXPLANATIO.

ΤΩΝ δὲ οὐδετέρων.) *Verba neutra aut substantiue construuntur cum nominatiuo à tergo, aut possessiue cum genitiuo, aut* ὀργανικῶς *cum datiuo. Sunt autẽ substantiua* εἰμὶ, ὑπάρχω, πέφυκα, καθέστηκα, τυγχάνω. τἆλλα δὲ κοινά.) *Cætera quæ huic nominatiuo à tergo accedere possunt, communia sunt, ut datiuus interdum* ὀργανικῶς. *Demosthenes* περὶ τῆς συντάξεως, πρῶτον μὲν οἱ σύμμαχοι μὴ φρουραῖς ἀλλὰ διὰ τὰ αὐτὰ συμφέρειν ὑμῖν τε κἀκείνοις ὦσιν οἰκεῖοι. *item infinitiuus* τελικῶς, *genitiuus & accusatiuus* ἐλλειπτικῶς, *& reliquæ communes omnium uerborum constructiones, de quibus dictum est.*

ΚΤΗΤΙΚΟΝ.

ΤΩΝ τε οὖν κατ' ἀπόλαυσιν τε, καὶ κτῆσιν, ἡ ἐκ τρίτου γενική. χρήζω, δέομαι, πληθύω, γέμω, ἀπορῶ, εὐπορῶ, ἀμοιρῶ, ἀπολαύω, τρυφῶ, ὄζω.

POSSESSIVE.

EORVM uerò quæ secundum admissionem & possessionem accipiuntur,

piuntur, est genitiuus à tergo: ut, χρήζω *indigeo,* δέχω *disto,* πληθύω *plenus sum,* δέω *absum,* ἀπορῶ *egeo,* εὐπορῶ *abundo,* ἀμοιρῶ *sum expers,* ἀπολαύω *fruor,* τρυφῶ *delicias consector,* ὄζω *oleo.*

EXPLANATIO.

ΔΙΕΧΩ.) *disto,* Ἐς σελεύκειαν πόλιν ἐπιθαλάσσιαν ἀφίκετο Ἀντιοχείας ρ' καὶ λ' σταδίους διέχουσαν, *Suidas. Sic* ἀπέχω. *Demosthenes* περὶ Ῥοδίων ἐλευθερίας. Ἐπειδὰν γάρ τι δόξῃ, ἢ ψηφισθῇ, τοσοῦτον τοῦ πραχθῆναι ἀπέχει, ὅσον πρὶν δόξαι. ΠΛΗΘΥΩ.) *Plenus sum,* πλεονάζω. *Aristoteles,* οὐ μὴν ἀλλὰ βέλτιον διὰ κτήσεως ὁμαλισμένης πληθύειν ἀνδρῶν τὴν πόλιν. ἈΠΟΡΩ.) *egeo, inops sum, deficior re aliqua:* ἀπορῶ χρημάτων, *cui opponitur* εὐπορῶ. *Demosthenes,* Ἔπειτα χρημάτων εὐπορεῖ. ἈΜΟΙΡΩ.) ἀτυγχάνω, οὐ μετέχω, *sum expers.* ἈΠΟΛΑΥΩ.) *fruor, sum particeps, non solùm* ἐπὶ τῶν καλῶν τάττεται, *sed etiam* ἐπὶ τῶν ἐναντίων, *cum genitiuo. Marcellinus de Thucyde,* ὅντι κλέων, ὅτι Βρασίδας ὁ αἴτιος τῆς συμφορᾶς ἀπέλαυσε λοιδορίας, ὡς ἂν τοῦ συγγραφέως ὀργιζομένου. *& cũ accusatiuo. Isocrates,* δέδοικα μή τι κακὸν ἀπολαύσωμεν. ΤΡΥΦΩ.) ἁμβροβάτως ἐν τρυφῇ διάγω, *id est molliter & delicate uiuo.* μεταβατικῶς *autem cum genitiuo secũdum Gazam, & cum accusatiuo authore Moscopulo,* περὶ χρόνων τρυφῶ τῶν λόγων. *Psalmo* λς. Κατατρύφησον τοῦ κυρίου καὶ δώη τὰ αἰτήματα τῆς καρδίας σου, *id est delectare in domino. Sic,* οἱ τῶν σῶν χαρισμάτων ἐντρυφῶντες, *oblectamentum quærentes.* ὌΖΩ.) *Aristophanes in nubibus,* ὄζει λήρου βεκκεσελήνου.

ὈΡΓΑΝΙΚΩΣ·

ΒΡΙΘΩ δὲ καὶ εὐθενῶ, ὀργανικῶς δοτικῇ. καὶ ὅλως τῶν ἀπολελυμένων ἡ δοκεῖ περισσεύεσθαι. δι', ἀγρυπνῶ, καὶ γρηγορῶ, καὶ ζῶ, καὶ πλουτῶ ἀρετῇ, ἢ δι' ἀρετήν. ἢ ὅπως ἂν ἄλλως ἐγχωρῇ φράζειν τὸ αἴτιον. τῶν δὲ περιποιητικῶν, ἡ δοτική. συμβαίνει, ὑπάρχω, ἀποχωρῶ, εἴκω. ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν λοιπῶν συντακτέον κατὰ τὰ κοινῇ εἰρημένα.

INSTRVMENTALITER.

CAETERVM βρίθω *ingrauesco, &* εὐθενῶ *ualeo, instrumentaliter cum datiuo construuntur: & in uniuersum absolutorum est datiuus, si eum placet addere, ut* ἀγρυπνῶ *uigilo, &* γρηγορῶ *uigilo, &* ζῶ *uiuo, &* πλουτῶ ἀρετῇ *diues sum uirtute, uel* δι' ἀρετὴν *propter uirtutem, uel quocunque modo licet causam enunciare. Cæterùm acquisitiuorum est datiuus, ut* συμβαίνω *conuenio,* ὑπάρχω *adsum,* ἀποχω-

ἔρῶ cedo, εἴκω cedo. Eodem modo & reliqua ordinanda sunt ex ijs quæ in commune dicta sunt.

EXPLANATIO.

ΒΡΙΘΩ.) ingrauesco, propendeo, uergo, sum onustus, absolutum uerbũ est: nisi libet addere datiuum ὀργανικῶς, sicut omnibus absolutis licet, ut βρίθει ὡδὶ θάτερον μέρος τῆς ἀνωμαλίας. i. διὰ τὴν ἀνωμαλίαν. Et, βρίθει δένδρον τοῖς καρποῖς. i. γέμει καὶ βαρύνεται. dicitur etiã βρίθομαι in eadẽ significatione. Sic δὲ ἔθηκεν τῆς σωφροσύνης. ΔΟΤΙΚΗ.) συντάττεται δηλονότι. Καὶ ὅλως τῶν προειλημμένων.) subaudi δοτικὴ ἐστί.

ΑΥΤΟΠΑΘΗΤΙΚΟΝ.

ΤΟ δ' αὐτοπαθητικὸν οὐδέτερον μέν τι καὶ αὐτό, ὡς μὴ μετασχηματιζόμενον τῷ μαι εἰς παθητικὴν σημασίαν· αὐτοπαθητικὸν δὲ κληθὲν ἀνὰ μέρος εἴληπται, ᾗ πάθος ἀφ' ἑαυτοῦ τυγχάνει δηλοῦν, καὶ ἀντιδιαιρούμενον τῷ ὁλοσχερεῖ ἐνεργητικῷ, καὶ τῷ αὐτοουδετέρῳ. οἷον τὰ, πάσχω, φθίνω, ἔρρω, ἀλγῶ, φρίττω, πυρέττω, ἐρυθριῶ, νοσῶ, ἀποθνήσκω, καὶ τὰ ὅμοια. Σύνταξις δὲ τοῦ τοιούτου ἡ αὐτὴ τοῖς παθητικοῖς ὡς εἰκός. πάσχει ὑπὸ τοῦ ποιοῦντος. φθίνει ὑπὸ τοῦ φθείροντος. τὸ δ' ἐκ τοῦ, καὶ καθ' ὅ, καὶ δι' ὅ, καὶ ὅλως τὸ αἰτιολογικὸν, κοινόν. καὶ ἔτι τὸ ἐπιβατικὸν, καὶ τὸ συνεκδοχικὸν τῆς συντάξεως. πάσχω ταῦτα, καὶ νοσῶ νόσον, καὶ ἀλγῶ τὴν κεφαλήν.

PER SE PASSIVVM.

PROINDE per se passiuum, & ipsum quoq; neutrum est, quippe quod per μαι non transformatur in passiuam interpretationem. Quòd autẽ αὐτοπαθητικὸν dictum sit, id ex parte accipiatur, nimirum quatenus per se passionẽ significat, & in diuisione opponitur toti actiuo, & per se neutro: ut πάσχω patior, φθίνω tabesco, ἔρρω pereo, ἀλγῶ doleo, φρίττω horreo, πυρέττω febricito, ἐρυθριῶ erubesco, νοσῶ ægroto, ἀποθνήσκω morior, & similia. Constructio autẽ huius eadẽ est quæ passiuorũ, sicut ratio postulat, ut πάσχει ὑπὸ τοῦ ποιοῦντος, patitur ab eo qui facit, φθίνει ὑπὸ τοῦ φθείροντος, tabescit ab eo qui corrumpit. Iam uerò eo quòd, uel quia, uel propterea quòd, & in summa quicquid causam designat, commune est. Item accessiua & synecdochica cõstructio, πάσχω ταῦτα patior hæc, & νοσῶ νόσον ægroto ægritudinem, & ἀλγῶ τὴν κεφαλήν, doleo caput.

EXPLANATIO.

NEVTRORVM ἤδη sunt tria (ut dictum est) αὐτοπαθητικὸν, ὁλοσχερητικὸν,

ὁλοενεργητικὸν, & αὐτοπαθὲς ὕστερον. τῆ μαι.) *subaudi* συλλαβῆ. καὶ ἀντιδιαιρούμενον τοῦ ὁλοενεργητικῷ.) τὰ ἀντιδιαιρούμενα *sunt eiusdem diuisionis partes inter se collatæ. Itaque cum* τὸ ὕστερον *diuidatur in* ὁλοενεργητικὸν, *ut* ἀναβαίνω, αὐτοπαθητικὸν, *ut* πάσχω, & αὐτοπαθὲς ὕστερον, *ut* πλουτῶ: τὸ αὐτοπαθητικὸν ἀντιδιαιρεῖται τῷ ὁλοενεργητικῷ καὶ τῷ αὐτοπαθεῖ ὑστέρῳ. *Latini* τὰ ὁλοενεργητικὰ *ad secundam speciem actiuorum referunt, cùm actio fertur in rem, quæ id quod in ipsam agitur, fateri non possit. Quæ uerba ob id interpretationẽ passiuam in solis tertijs personis recipiunt, de quibus loquẽs Thomas Linacer, doctissimus, inquit, Theodorus hæc* ὁλοενεργητικὰ *uocat.* φθίνω.) φθείρομαι, λήγω. ἔῤῥω.) *idẽ est quod* φθίνω, *pereo. Xenophon in symposio,* ἔῤῥει τὰ ἐμὰ πράγματα, *pessum eunt res meæ. Aristophanes in Pluto,* ἔῤῥει ἐς κόρακας θᾶττον ἀφ' ἡμῶν, *id est* φθείρου καὶ ἐκφθάρηθι. πάσχει ὑπὸ τοῦ ποιοῦντος.) *Xenophon in primo* παιδείας, πολλοὶ δὲ πολλοὺς ηὔξησαν ἤδη καὶ ἰδιώτας καὶ πόλεις ὑφ' ὧν αὐξηθέντων τὰ μέγιστα κακὰ ἔπαθον. Τὸ δ' ἔκ του καὶ καθ' ὃ καὶ δι' ὅ.) *Ad hũc modum uarie causam eloquuntur Græci.* καθ' ὃ καὶ δι' ὃ *lib. III dicit esse* συνδέσμους αἰτιολογικοὺς *Theodorus. huiusmodi enim præpositionibus* διὰ, κατὰ, ἀπὸ, ὑπὲρ, πρὸς, ὑπὸ *utuntur* αἰτιολογοῦντες. *uerbi gratia,* ἐκ τοῦ ἰσχυρὰς ἔχειν τὴν πόλιν ἔσωσε. *Et,* διὰ τὸ ἄχρι ἀκροφύτοις ἂν δικαίως. *Et,* τί σαυτὸν οὐκ ἐλλεβορίζεις ὑπὲρ τούτοις. *Et,* εἰ δὲ καὶ περὶ τῶν ἄλλων αὐτῷ λόγοι πρὸς τὸ φενακίζειν ὑμᾶς εὖ μεμηχανημένοι. *Et,* ὑπὸ δὲ τοῦ μὴ παραχρουσθέντας ὑμᾶς ἐναντία μὲν τοῖς ὀμωμοσμένοις πεισθῆναι ψηφίσασθαι πρὸς σὲ χωπτὸν νοοῦ οἷς ἐρῶ. *Vtuntur præterea cõiunctionibus* ἕνεκα, ἵνα, ὅπως, *similibusq́; quas ob id* αἰτιολογικὰς *appellant. quare tribus positis præpositionibus statim intulit,* καὶ ὅλως τὸ αἰτιολογικὸν, *ut uno uerbo quicquid ualet ad causam exprimendam complecteretur. Significat autem* τὸ ἔκ του, *idem quod* ἕνεκά τινος. *Alij legunt* διὰ οὗ. *posset etiam legi* ἐκ τοῦ *circunflexo articulo eodem sensu, ad indicandum usum præpositionis causam significantis.*

ὉΛΟΕΝΕΡΓΗΤΙΚΟ͂Ν.

Τὸ δὲ ὁλοενεργητικὸν τὴν πρὸς αἰτιατικὴν βούλεται σύνταξιν. οἷ, φθίνω σε, καὶ λανθάνω, καὶ κρύπτω, καὶ παραλλάττω, καὶ παρελαύνω, καὶ θέλω, καὶ ἀναβαίνω.

TOTVM ACTIVVM.

CAETERVM totum actiuum cum accusatiuo debet construi, ut φεύγω σε *fugio te,* λανθάνω *lateo,* κρύπτω *celo,* παραλλάττω *uario,* παρελαύνω *impello,* θέλω *uolo,* ἀναβαίνω *ascendo.*

EXPLANATIO.

Τὸ δὲ ὁλοσχερηματικόν.) *Hæc secunda est species neutrorum.* Φεύγω σε.) *Apollonius hoc uerbum, & quæ sunt eiusdem notæ, ut* φοβοῦμαι, τρέμω, φρίσσω, *accusatiuo iungi* ἐλλειπτικῶς τοῦ διὰ *censet. significatio enim passiua ipsi uidetur.* Μᾶλλον γὰρ *(inquit)* αὐτοπάθειαν σημαίνει τὸ φρίσσειν καὶ τρέμειν διὰ φόβον, καὶ ἔτι φεύγειν, καὶ τὰ παραπλήσια, συνεπομένου τοῦ μὴ γίνεσθαι ἄνευ τῶν τοιούτων συντάξεων παθητικὰς διαθέσεις. *Idem tradit Priscianus apud Latinos.* Λανθάνω.) *cum accusatiuo. Homerus,* Νέστορα δ' οὐκ ἔλαθεν ἰαχὴ πίνοντά περ ἔμπης. *Et cum nominatiuo participij,* λανθάνω χρώμενος *imprudens utor.* Κρύπτω.) *celo. Lysias,* ὁ Διογείτων τὴν μὲν θυγατέρα ἔκρυπτε τὸν θάνατον τοῦ ἀνδρός. *Dicitur etiam* κρύπτομαι *eadem significatione. Demosthenes,* Συνοικεῖ δὲ ἡ γυνὴ φανερῶς καὶ οὐδὲ κρύπτεται τὸ πρᾶγμα, *nec factum celat.* Παραλλάττω.) *permutatim uario, alternis hoc & illo modo facio, Budæo interprete, & prætereo. Vide Budæum in commentarijs.* Παρελαύνω.) *porrò ago, progredi facio. Xenophon in primo* Ἀναβάσεως ἐπεὶ δὲ πάντας παρήλασε. *Et,* ὁ δὲ παρελαύνων τὸν ἵππον εἰς τὸ πρόσθεν κατεθεᾶτο τὰς τάξεις. *Itē, obequito, inuehor, irruo in hostes.* Καὶ ἀναβαίνω.) ἀναβαίνω τὸ ὄρος, *plane* ὁλοσχερηματικόν *est, & transitiuum: aliquando uerò absolutum est. de hoc rursus mox dicetur.*

ΑΥΤΟΟΥΔΕΤΕΡΟΝ.

ΤΟΥ δὲ αὐτοουδετέρου, ἡ αὐτὴ σύνταξις τοῖς ἀπολελυμένοις ἐστίν. ἀπολελυμένον γάρ τι καὶ τοῦτο. οἷον ζῶ, πλουτῶ, ὑγιαίνω. δῆλον οὖν ὅτι πρὸς τὰς διαφόρους τῶν αὐτῶν δυνάμεις καὶ χρήσεις, τὴν σύνταξιν ποιητέον, κατὰ τὰ ἀποδοθέντα. ἀναβαίνω τὸ ὄρος, τρέχω ἀνὰ τὴν ἀγοράν. ἀλλὰ καὶ τρέχω τὸ στάδιον. τὸ μὲν ἁπλῶς, τὸ δὲ ὁλοσχερηματικῶς.

PER SE NEVTRVM.

AT PER se neutri eadem est constructio, quæ absolutorum. Absolutum enim etiam ipsum est, ut ζῶ *uiuo,* πλουτῶ *diues sum,* ὑγιαίνω *ualeo. Neque uerò dubium est, quin secundū diuersas eorundem significationes & usus, constructio instituenda sit, ex ijs quæ proposita sunt: ut*

ἀναβαίνω

ἀναβαίνω τὸ ὄρος, *ascendo montem,* τρέχω ἐπὶ τὴν ἀγορὰν, *curro in forum. quinctiam* τρέχω τὸ στάδιον, *curro stadium: alterum quidem imperfecte, alterum autem omnino actiue.*

EXPLANATIO.

Triphonem, Ἅπαξ γὰρ ἐκεῖνό ἐστι διαλαβεῖν, ὡς πᾶν ἀπαρέμφατον ὄνομά ἐστι ῥηματικόν, εἴγε καὶ οἱ ἀπὸ τῆς στοᾶς αὐτὸ μὲν καλοῦσι ῥῆμα, τὸ δὲ περιπατεῖ, ἢ γράφει κατηγόρημα, ἢ σύμβαμα, καὶ ἔτι τὰς ἀπὸ τούτων ἐγκλίσεις. Διὰ τοῦτο καὶ ὡς ὧδε γενικὸν ὄνομα τὸ ἀπαρέμφατον πᾶσα ἔγκλισις ἀποστρέφει. Καὶ οἱ ἀπὸ τῆς στοᾶς δὲ τοῦτο μὲν ῥῆμα καλοῦσι.) Modũ infinitiuum uerbum uocãt Stoici, quia significat tempus cum actione, uel passione, uel neutro, quibus uerbi definitio continetur, sine persona, numero, & affectu (uoco autem affectũ τὴν ἔγκλισιν) quæ aliјs modis significantur, quãuis non sint uerbi propria, sed uerbi significatio in personam cadat, quã comitatur numerus & affectus: sicut eleganter docuit Apollonius. Alias autem uerbi uoces modi finiti præcipuè uocant ijdem Stoici κατηγορήματα ἢ συμβάματα, non tamen omnium uerborum (ut tradit Porphyrius) sed eorũ quæ de nomine casus nominatiui pronunciata faciunt ἀπόφανσιν, id est enunciationẽ, ut περιπατεῖ. dicimus enim plena sententia Σωκράτης περιπατεῖ. Itaque κατηγορήματα dicũtur, ὅτι ὀνόματος κατηγορούμενα ἀπόφανσιν ποιοῦσιν: & συμβάματα, ὅτι κατὰ συμβαινούσας διαθέσεις μεταχηματίζονται. Quæ uerò uerba cum recto pronunciata sententiam non absoluunt, ut φιλεῖ, γράφει, (desiderant enim etiã obliquum) ea ἐλάττονα κατηγορήματα nominant, ut Σωκράτης φιλεῖ Ἀλκιβιάδην. Cæterùm, quæ cum obliquo iuncta faciunt ἀπόφανσιν, ut μεταμέλει, dũ dicimus Σωκράτει μεταμέλει, παρασυμβάματα dicũt, quasi παρακείμενα τοῖς συμβάμασι. Quæ uerò cum duobus obliquis, ἐλάττονα παρασυμβάματα, ut μέλει. Σωκράτει Ἀλκιβιάδους μέλει. Δι' ὃ καὶ ὡς ὧδε κοινὸν ὄνομα.) Suprà dixit infinitiuum nomẽ uerbi, nunc addit etiam esse commune nomẽ. Apollonius uerò licet interdum nomen dixerit, ipsum tamen etiã γενικώτατον ῥῆμα nominauit. Nam infinitiui significatio tempus cum actione, uel passione, uel neutro complectitur, quæ est sua uerbi definitio secundum Apollonium, ad reliquos quoque modos uerbi pertinens. Itaque communis est significatio infinitiui fusa per omnes modos tanquam generis per suas species. Est enim in cæteris modis personæ, numeri, & animi affectus significatio specialis. Nã uerbum in genere, numeri, personæ, & affectus per se expers est. Hinc efficitur, ut omnium modorum primus natura sit infinitiuus, ex quo cæteri etiam nascantur, si ex re ipsa non uoce metiamur: ita ut reliqui modi tunc esse incipiant in rerũ natura ex infinitiuo, cum uerbo accedit persona,

sona, quã numerus affectúsque comitantur. Sumatur enim exẽpli gratia λέγειν uerbum infinitum, palàm est ipsum tempus significare præsens cum actione sine persona, & ijs quæ personam sequuntur. Addatur persona quæ id agat quod significatur, id est quæ dicat, & ea prima (nam eadem est ratio plane omnium) hæc uerbum mox secũdum numerum, & affectum suum proferet ex infinitiuo λέγειν, ipsum immutando, uel indicatiuum, dicẽs λέγω, uel imperatiuũ, λέγε, uel optatiuum, λέγοιμι, uel subiũctiuũ, ἐὰν λέγω. Qui modi ut ex infinitiuo gignũtur, ita in ipsum plane resoluuntur præposito cuiusque proprietatis uocabulo, ut λέγω, ὁρίζομαι λέγειν: λέγε, προστάττω λέγειν: λέγοιμι, εὔχομαι λέγειν. Quare meritò γενικὸν ῥῆμα uidetur dici, ob idq; ab eo uerborum constructionem incipiendam duxit Apollonius. Tametsi in reliquis artis partibus propter uocis conformationem cæteris indicatiuum modis præposuit, οὐκ (inquit) ὡς πρώτην οὖσαν, ὡς δὲ ἐκφαντικωτάτην οὖσαν, καὶ πολλήν, καὶ δυναμένην διδάξαι, καὶ τὰς ἐγγινομένας συνεμπτώσεις κατὰ τὰ ἐγγινόμενα πάθη, καὶ παραγωγάς. Theodorus uerò ὄνομα κοινὸν τοῦτο γενικὸν, dicit. quia significationem suam, tãquam nomen rei ipsius quæ uerbo significatur, cum cæteris modis communicat. Significatur enim eadem res plane omnibus uerbi uocibus, sed non eadem persona, numerus, & affectus, quorum infinitiuus expers est, quo ab alijs modis distinguitur. Atque hæc communis significationis ratio prorsus facit, ut in infinitiuum cæteri modi resoluantur. Ἐξ ἀποφάσεως.) γραφ. ἐξ ἀποφάνσεως δὲ, in manuscripto codice. utrunq; tamen reperitur ἀπὸ τοῦ ἀποφαίνεσθαι. Est autem ἀπόφανσις dialecticis enunciatio, uerum uel falsum significans, quæ constat nomine & uerbo indicatiui modi. diuiditurq; in affirmationem κατάφασιν, & negationem ἀπόφασιν, παρὰ τὸ ἀποφάναι, i. à negãdo. Ἀπόφασις est cùm dicimus Σωκράτης διαλέγεται. Ἀφήγησις uerò, id est narratio, ὁρίζομαι Σωκράτην διαλέγεσθαι, uel ὁρίζομαι, φημὶ, λέγω ὅτι Σωκράτης διαλέγεται. Itaque dum indicatiuũ resoluimus in infinitiuum, ex enunciatione transimus ad narrationẽ. Ἰδιώματα.) ἰδίωμα indicatiui est ὁρίζομαι, imperatiui προστάττω, optatiui εὔχομαι, subiũctiui nemo tradidit quod equidẽ sciam, sed ex Prisciano colligitur ὑποτάττω, ad exẽplum cæterorum. Τοῦτ᾽ ἀρχ.) id est τοιγαροῦν, διὰ τοῦτ᾽ ἀρχ. subauditur enim διά. Itaque, hoc est, quia infinitiuus est nomen uerbi, ei præponitur articulus, eoq; utimur pro nomine. Non enim quatenus διά-

θέσιν uel tempus significat infinitiuus, ei tribuitur articulus, sed quatenus rem. οὐ γὰρ τῶν διαθέσεων τὸ ἄρθρον ἐστὶν, ἢ τῶν χρόνων, τοῦ δὲ παρυφισταμένου πράγματος. Αἰτιατικὴν περιέχειν,) ἀμεταβάτως δηλονότι. *Hoc uerè proprium est ipsius: nam reliquis modis non tribuitur accusatiuus, nisi* μεταβατικῶς. *Verbum* περιέχειν *excludit* τὴν μετάβασιν. *Non modo accusatiuum tamen ante se poscit infinitiuus, sed etiam nominatiuum. Demosthenes,* περὶ Στεφάνου, Αἰς ἐκ τοῦ πρότερος λέγειν ὁ διώκων ἰσχύει. *Rursus,* Ἆρ' ἂν μικρὰ βοηθῆσαι τοῖς πένησιν ὑμῖν δοκῶ, ἢ μικρὰ ἀναλῶσαι ἄν, τοῦ μὴ τὰ δίκαια ποιεῖν ἐθέλειν οἱ πλούσιοι; οὐ τοίνυν μόνον τὸ μὴ καταφυγεῖν ταῦτα σεμνύνομαι, οὐδὲ τὸ γραφὰς ἀποφυγεῖν, ἀλλὰ καὶ τὸ συμφέροντα θεῖναι τὸν νόμον, καὶ τὸ πεῖραν ἔργῳ δεδωκέναι. *hîc* οἱ πλούσιοι ἐθέλειν, *&* γραφὰς ἀποφυγεῖν *coniunguntur, rectus scilicet cū infinitiuo, sicut in primo exemplo* πρότερος λέγειν. Ἐπεὶ ὥστε ῥῆμα.) *Subijcit statim constructionem* μεταβατικὴν *infinitiui cum uarijs obliquis, non propriam ipsius, sed cum cæteris modis communem. Cæterùm in cōstructione infinitiui* εἶναι, *&* γίνεσθαι *casus antecedens sequentem ad se trahit. De nominatiuo exemplū esto,* προσποιεῖται τοιοῦτος εἶναι, *simulat talis esse. De genitiuo,* ἐνθένδε ἐπ' ἄλλον ἥκειν τῶν ἐκείνου δοκούντων σοφωτέρων εἶναι. *De datiuo,* ᾧ ὑπάρχει ἰατρῷ εἶναι. *De accusatiuo,* πρὸς τοὺς κατ' ἀρετὴν ἀξιοῦντας εἶναι κυρίους τοῦ πολιτεύματος. Διωρισμένοις τρόποις.) *Tum tribus simplicibus, tum cōpositis,* αἰτιολογικῷ, ὀργανικῷ, διαβατικῷ, ἐπιβατικῷ, ἐλλειπτικῷ δευτέρῳ, *idq; duobus modis,* πλικῶς *scilicet, &* εἰδικῶς. Ἀκούω σου μαθεῖν.) *hoc unum exēplum est* τοῦ εἰδικοῦ, *id est* ὅτι ἔμαθες. *cætera sunt* τοῦ πλικοῦ *omnia.* Ὡς εἴρηται.) *Suprà* εἴδη τῶν μεταβατικῶν. Ὥστε *infinitiuo iungi notū est. Iungitur etiam interdum indicatiuo* ἀττικῶς, *sicut ex cōmentarijs Budæi cognosces.* Ἢ ἐλλειπτικὸν τὸ τοῦ.) *quia deest* ἕνεκα, *& subauditur, dum dicimus* τοῦ τυχεῖν τιμῆς. Ἢ προθετικὸν ὁμοῦ ἄρθρῳ.) *ut* ἐφ' ᾧ, *&* εἰς τό.

ΠΡΟΑΙΡΕΤΙΚᾺ ΚΑῚ ὙΠΗΡΕΤΙΚΆ.

ΜΆΛΙΣΤΑ δὲ ἐπὶ τοῖς προαιρετικοῖς, καὶ ὑπηρετικοῖς καλουμένοις τὸ ἀπαρέμφατον ἐπιφέρεται. βούλομαι ἢ θέλω γράψαι, προαιροῦμαι ἢ ἐφίεμαι φιλοσοφεῖν, ἐπιθυμῶ ἰατρεύειν, ποθῶ ἰδεῖν, προθυμοῦμαι βοηθεῖν, ἐπίσταμαι, ἢ δύναμαι γράφειν. καὶ ἔτι κἀπὶ τοῖς ἀπροσώποις. δεῖ γενέσθαι, λέγεται ἐφικέσθαι πολλούς.

ELECTIVA

ELECTIVA ET ADMINISTRATIVA.

MAXIME uerò his quæ electiua & administratiua uocātur, infinitiuus adiūgitur, ut βούλομαι, uel θέλω γράψαι, uolo scribere, προαιροῦμαι, uel ἱμείρομαι φιλοσοφεῖν, cupio philosophari, ἐπιθυμῶ ἰατρεύειν, in animo habeo medicinā facere, ποθῶ ἰδεῖν cupio uidere, προθυμοῦμαι βοηθεῖν, paratus sum auxiliari, ἐπίσταμαι scio, uel δύναμαι γράφειν, possum scribere. Præterea impersonalibus, δεῖ γίνεσθαι, oportet fieri, λέγεται ἀφικέσθαι πολλοὺς, dicitur aduenisse multos.

EXPLANATIO.

ΜΑ'ΛΙΣΤΑ δὲ ἐπὶ τοῖς προαιρετικοῖς.) Pergit docere cōstructionē infinitiui, qui iccirco præcipue uerbis iungitur electionē siue uoluntatem significantibus, quia ipse eius est significationis expers. Rem autem significatam per infinitiuum uolūtatis adiunctionē facilè admittere per huiusmodi uerba, id argumento est, quòd rem cum uoluntate coniunctam uerba modi finiti significant. ὑπηρετικὰ sunt, quæ facultatē administrandi denotāt, ut ἐπίσταμαι & δύναμαι. Infinitiuus igitur causam finalem significat, quando construitur cum uerbis quæ προαιρετικὰ dicuntur, & ὑπηρετικά. his adde τὰ πορείας σημαντικὰ, ut πορεύομαι ἐντυχεῖν τ' ἀνδρί. & τὰ ἱκετικὰ, ut ἀντιβολῶ σε παραγενέσθαι, & alia multa: atque in hac significatione in præsenti, uel aoristo tempore usurpatur, sicut mox docebit.

ἘΝΕΣΤΩ'Σ, ἈΌΡΙΣΤΟΣ.

ἈΠΟΔΩ'ΣΟΜΕΝ δὲ, ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν, τῷ μὲν τελικῷ κατά τε ἀόριστον καὶ ἐνεστῶτα. πορεύομαι ἐντυχεῖν τ' ἀνδρί. ἀντιβολῶ σε παραγενέσθαι, ἢ παραγίνεσθαι. εἰς τὸ ἅπαξ, ἢ τὸ πολλάκις ἐν χρείᾳ.

PRESENS, INDEFINITVM.

VTEMVR autem (ut semel dicam) constructione finali infinitiui per indefinitum, uel præsens tempus: πορεύομαι ἐντυχεῖν τ' ἀνδρί, eo ut conueniam uirum. ἀντιβολῶ σε παραγενέσθαι, oro te adesse, uel παραγίνεσθαι. omnino, aut sæpius ex usu nostro.

EXPLANATIO.

ἈΠΟΔΩ'ΣΟΜΕΝ δὲ.) Subaudi τῷ εἴδει, id est φθεγξόμεθα διὰ τοῦ εἴδους τοῦ τελικοῦ. Infinitiuus quando finem significat, in præsenti tempore, uel aoristo usurpatur. Εἰ τὸ ἅπαξ, ἢ τὸ πολλάκις.) Manu scriptus codex habet εἰς τὸ ἅπαξ, ut sensus sit, semel, id est omnino, κατάπαξ, καθόλου, uel sæpius, prout res postulabit.

ἘΝΕΣΤΩ͂Σ, ἈΌΡΙΣΤΟΣ, ΜΈΛΛΩΝ.

Τῷ δὲ εἰδικῷ, κατά τε τὸ παρῆκον καὶ τὸ ἐνεστὼς, καὶ ὁ μέλλον, ἀλλ' οὐ πάντως. ἀλλ' ἀφηγηματικῶς μὲν καὶ δοξαστικῶς, καὶ γνωστικῶς, οἷον. φασὶν, ἢ δοκῶ, ἢ οἶδα τὸν ἄνδρα εἰρηκέναι, λέγειν, ἐρεῖν. ἐπαγγελτικῶς δὲ καὶ παρωνύμως πρὸς τὸ μέλλον, ὁ μέλλον. ὑπισχνοῦμαι ἐρεῖν, ἐλπίζω ὄψεσθαι, μέλλω δράσειν. κατάλληλος γὰρ μὲν ὁ ἐνεστὼς τῷ μέλλοντι, μέλλω δρᾷν. ἀποδοθήσεται δὲ τοῖς ἀπροσώποις τὰ περὶ τὸν χρόνον ὁμοίως τοῖς τελικοῖς, ὡς εἴρηται.

PRAESENS, INDEFINITVM, FVTVRVM.

ET formali per præteritũ, præsens & futurum, nõ tamen simpliciter, sed dum narrabimus, & opinari nos, & scire significabimus per quodlibet. φασὶ, *uel* δοκῶ, *uel* οἶδα τὸν ἄνδρα εἰρηκέναι, λέγειν, ἐρεῖν. *dicunt, puto, scio uirum dixisse, dicere, dicturum esse. Dum promittemus autem, uel uerbum à futuro denominatum usurpabimus, per futurum, ut* ὑπισχνοῦμαι ἐρεῖν, *polliceor me dicturum esse,* ἐλπίζω ὄψεσθαι *spero me uisurum esse,* μέλλω δράσειν *sum facturus. Congruit tamen etiam præsens cum futuro,* μέλλω δρᾷν *sum facturus. Cæterùm uerbis impersonalibus eodem utemur modo quantum ad tempus attinet, quo finalibus, ut dictum est.*

EXPLANATIO.

Τῷ δὲ εἰδικῷ.) ἀποδώσομεν δηλονότι. *Id est, formalem causam eloquemur per infinitiuum cuiusuis temporis nimirum præteriti, uel præsentis, uel futuri, cùm narrabimus aliquid, uel opinari uel scire nos significabimus. Sed cum promittemus, uel futurum significabimus aliquid, per uerbum* μέλλω, *quod deriuatum est, & denominatum ἀπὸ τοῦ μέλλοντος,* ἀποδώσομεν τῷ εἰδικῷ κατὰ τὸ μέλλον. *Tametsi* μέλλω *infinitiuo quoque præsentis temporis recte iungitur, ut* μέλλω δρᾷν. *Hinc intelligere licet infinitiuum iunctum uerbis* ἀφηγηματικοῖς, *ut* λέγω, φημί: δοξαστικοῖς, *ut* δοκῶ, οἶμαι: γνωστικοῖς, *ut* οἶδα: & ἐπαγγελτικοῖς, *ut* ὑπισχνοῦμαι, *significare formam.* Παρώνυμα *proprie dicuntur* ὅσα ἀπό τινος ὀνόματος παρῆκται, καὶ ἔχει τὴν προσηγορίαν, *id est quæ aliunde formãtur & nomẽ habẽt, ut* ἀνδρεῖος *ab* ἀνδρεία. μέλλω *uerbum* παρώνυμον πρὸς τὸ μέλλον *dicitur, quia* ἀπὸ τοῦ μέλλοντος *ortum habet .i. à futuro tempore. Sic Ammonius* εἰμὶ ὑπαρκτικὸν ῥῆμα *dicit esse* παρηγμένον ἀπὸ τοῦ ὄντος. Ἀποδοθήσεται δὲ τοῖς ἀπροσώποις τὰ περὶ τὸν χρόνον.) *Quòd autem, ad uerba impersonalia*

pertinet,

pertinet, idem tempus tribuetur τῷ ἀδιχῷ in eorum cõstructione, quod πλιχῷ tribui dictum est, nimirum præsens uel præteritum. ὡς εἴρηται.*) supra in constructione impersonalium cap.* ἰωδιβαλικόν.

ΠΡΟ'ΣΩΠΑ.

ΤΩ͂Ν δὲ παρεπομένων τῷ ῥήματι τὰ πρόσωπα τρία ὄντα, πρῶτον, ὃ περὶ ἑαυτοῦ φράζει ὁ λέγων. δεύτερον ὃ περὶ τοῦ πρὸς ὃν ὁ λόγος. τρίτον, ὃ περὶ ἑτέρου, οὐκ ἰσοδύναμα ἀλλήλοις ἐστὶν, ἀλλὰ πολὺ τὸ τρίτον λείπεται τοῦ πρώτου τε, καὶ δευτέρου. τὸ δὲ δεύτερον ἔτι τοῦ πρώτου. καὶ τοῦ πρώτου καὶ δευτέρου λαμβανομένου δίχα τοῦ τρίτου, λόγος ἂν γένοιτο. οἷον τὸ, Τοὶ γὰρ ἐγὼν ἐρέω, σὺ δὲ σύνθεο καί μοι ὄμοσσον. τρίτον δ' οὐκ ἂν λέγοιτο, μὴ καὶ πρώτου, ἢ δευτέρου λεγομένου, ἢ συνυπακουομένου.

PERSONAE.

PORRO inter uerbi accidentia cũ tres personæ sint, prima, per quã is qui uerba facit, de se loquitur: secunda, per quam de eo cui uerba facit: tertia, per quam de alio: pares inter se non sunt, sed multũ tertia cedit tum primæ, tum secundæ: secunda uerò etiam primæ. Itaque si prima & secunda sumatur sine tertia, erit tamẽ oratio, ut illud, Τοὶ γὰρ ἐγὼν ἐρέω, σὺ δὲ σύνθεο καί μοι ὄμοσσον: *Tibi enim ego dicam, tu uerò spondeto, & mihi iurato. Sed tertia, nisi prima quoq;, uel secunda proferatur, aut subaudiatur, proferri non potest.*

EXPLANATIO.

ΤΩ͂Ν δὲ παρεπομένων.*) Hactenus uerborum constructionem ex genere, modo, & tempore potissimum docuit: hoc autẽ loco docet ex persona.* Πρῶτον ὃ περὶ ἑαυτοῦ.*) Priscianus libro* XII. *cap. de personis, has definitiones Apollonij esse testatur.* ἀλλὰ πολὺ τὸ τρίτον λείπεται τοῦ πρώτου τε καὶ δευτέρου.*) Prima persona est secũda præstãtior, ut tradit Maximus Planudes, primũ, quia nisi prima loquẽte secũda non auditur. Deinde quia prima adesse ac loqui absente secunda potest, id quod Euripides ostẽdit, qui in prologis primam inducit personam ita loquentem, ut absit secũda. Postremò quia prima secundã concipit, non solùm tertiã. Cæterum prima & secunda tertiæ præstant, tum quia tertiam concipiunt, non concipiuntur ab illa: tum quia colloqui inter se, & in oratione adhiberi sine tertia possunt, ut Iliad.* α. Τοὶ δ' ἐγὼν ἐρέω σὺ δὲ σύνθεο καί μοι ὄμοσσον. *In hac enim oratione primam personam tantùm uidemus* ἐγὼ ἐρέω, *cum secũda* σὺ δὲ σύνθεο. *Tertia uerò sine prima & secũda non reperitur, uel expressis, ut apud eundem Home-*

ΠΕΡΙ ΜΕΤΟΧΗΣ.



Μετοχὴ δ᾽, ὡς καὶ τοὔνομα δηλοῖ, μέρος ἐστὶ λόγου μετέχον τοῦ ὀνόματος καὶ τοῦ ῥήματος. μετέχει δὲ τοῦ μὲν γένους καὶ πτώσεων, τοῦ δὲ διαθέσεων καὶ χρόνων, καὶ συζυγιῶν. διὸ καὶ τῇ μὲν τῆς ἀμφὶ τοὔνομα συντάξεως ἔχονται, τῇ δὲ τῆς ἀμφὶ τὸ ῥῆμα. ὥσπερ καὶ ὡς ἔχει συντάξεως τὰ ῥήματα πρὸς ἄλληλά τε καὶ πρὸς τὰ ὀνόματα, οὕτω καὶ αἱ μετοχαὶ πρὸς ἀλλήλας τε, καὶ πρὸς τὰ ῥήματα, καὶ ὀνόματα. ὡς γὰρ φαμὲν γράφειν ἐθέλω, καὶ τοῦ λέγειν ἐφίεμαι, οὕτω καὶ γράφειν ἐθέλων, καὶ τοῦ λέγειν ἐφιέμενος. καὶ βέλτιόν γε ἐπὶ μέλλοντος οὐ μετοχικόν. ἥκω ἐρῶν, πέμπω σε ἀγγελοῦντα. ἔτι ὡς δὲ δίδωμι Σωκράτει, οὕτω καὶ ὁ διδοὺς Σωκράτει. ἔτι ὡς φιλῶ τὸν σωτῆρα, οὕτω φιλῶν τὸν σώζοντα. καὶ ὡς θεῶμαι τοὺς γυμναστάς, οὕτω καὶ θεώμενος τοὺς γυμναζομένους. οὐ δὲ τόξων εὖ εἰδώς, ποιητικὸν κατὰ ἀντιμέρειαν. ὡς ἂν εἰ ἐλέγετο, τόξων εἰδήμων. φέρονται δὲ αἱ μετοχαὶ ἐπὶ τὰς αὐτὰς πτώσεις τῷ ῥήματι, καίτοι τῶν ἄλλων πτωτικῶν, λέγω δὴ τῶν ἀπὸ ῥήματος γινομένων, οὐκ εἰς τὸ αὐτὸ τῆς συντάξεως φερομένων. κὀπὶ πλέον ἐστίν. κατὰ τούτου. ὅθεν καὶ δῆλον ὅτι πάντα τὰ πτωτικὰ ἐπὶ γενικήν, πλὴν τῶν μετοχῶν. ἔτι ὡς ἀπολελυμένως φαμὲν ἀναπνέω, καὶ ζῶ, καὶ γράφω, καὶ χαίρω. οὕτω καὶ ἀναπνέων ζῶ, καὶ γράφων χαίρω.

DE PARTICIPIO.

PARTICIPIVM autem, ſicut nomen oſtendit, pars eſt orationis particeps nominis & uerbi: participat enim à nomine genus & caſum, à uerbo affectum, tēpus, & coniugationem. unde partim nominis etiam conſtructionem habet, partim uerbi. Itaque queadmodum uerba inter ſe conſtruuntur, & cum nominibus: ſic etiam participia inter ſe, & cum uerbis & nominibus. Quemadmodum enim dicimus γράφειν ἐθέλω, *ſcribere uolo, &* τοῦ λέγειν ἐφίεμαι, *dicere cupio: ſic etiam* γράφειν ἐθέλων *ſcribere uolens, &* τοῦ λέγειν ἐφιέμενος *dicere cupiens. Sed ea in primis elegans locutio eſt, quæ participio conſtat futuri temporis,* ἥκω ἐρῶν *uenio dicturus,* πέμπω σε ἀγγελοῦντα, *mitto te nunciaturū. Præterea quemadmodum* δίδωμι Σωκράτει, *do Socrati dicimus: ſic* ὁ διδοὺς Σωκράτει, *dās Socrati. Et quemadmodū* φιλῶ τὸν σωτῆρα, *amo ſeruatorem, ſic etiam* φιλῶν τὸν σώζοντα, *amans*

bus, ὁ Σωκράτης διαλεγόμενος. & transitiue, τὸν Πλάτωνα θεραπεύει. Καὶ βέλτιον γε ὑπὸ μέλλοντος τοῦ μετοχικοῦ.) Elegantiorem fieri locutionem significat per participium futuri temporis, si cum uerbis ἥκω, πέμπω, ἔρχομαι, & aliȷs profectionē significantibus iungatur, quàm per infinitiuum, si eiusdē participiȷ loco ponatur, uel aliter τελικῶς. eiusmodi enim participio gaudēt hæc uerba. Ὅσα ῥήματα (inquit Moschopulus) δηλοῦσι πορείαν μετὰ μετοχῆς μέλλοντος συντάσσονται. Venustius igitur dixeris, ἥκω λέξων, quàm ἥκω λέγειν, uel ἵνα λέξω. Plutarchus περὶ παίδων ἀγωγῆς, Τὸ δὲ πάντων μέγιστον, καὶ κυριώτατον εἰρημένων, ἔρχομαι φράσων. Τὸ δὲ τόξων εὖ εἰδώς.) Vsurpatur ab Homero. Est autem ἀντιμέρεια figura, species enallages, cùm pars pro parte ponitur, ut hîc participium pro nomine. Ὅθεν καὶ δηλονότι πάντα τὰ πτωτικὰ ὑπὸ γενικήν.) Subaudi φέρονται τὰ ἀπὸ ῥήματος γινόμενα, ut κοπεὺς τούτου, deriuatum à κόπτω. ποιητὴς λόγων apud Isocratē in Sophistas. ποριστικὸς τῶν ἐπιτηδείων apud Xenophon. in 1. παιδείας.

ΔΙΑ ΤΙ ΕΥΡΗΤΑΙ ΜΕΤΟΧΗ.

ὍΘΕΝ καὶ δῆλον, ὅτι πολύ τι εἰς βραχυλογίαν, καὶ ἑλληνισμὸν λόγου συμβάλλονται αἱ μετοχαί. πολὺ γάρ τοι διαφέρει εἰς εὐφραδίαν τὸ γράφων ἔλεγον, τοῦ ἔγραφον καὶ ἔλεγον. καὶ τὸ γράψας ὠφέλησα, τοῦ ἔγραψα καὶ ὠφέλησα, καίτοι σημασίας ὄντος τῆς αὐτῆς. εἰ δὲ καὶ ἑτέρας, δεόντως καὶ δὴ τὸ ῥῆμα εἰς τὸ πτωτικὸν μετηνέχθη σχῆμα. ἡ γὰρ τῆς μετοχῆς πρὸς τὸ ῥῆμα σύνταξις, δήλωμα ἂν εἴη αἰτίας. ὥστ' ἴσον γίνεσθαι τὸ γράψας ὠφέλησα, τῷ ἐκ τοῦ γράψαι ὠφέλησα.

QVARE INVENTVM SIT PARTICIPIVM.

EX quo facilè intelligitur multum ad breuitatem & hellenismum orationis conferre participia. Multum enim differt, si locutionis commoditatem spectes, γράφων ἔλεγον scribens dicebam, ab ἔγραφον καὶ ἔλεγον scribebam, & dicebam: &, γράψας ὠφέλησα scribens profui, ab ἔγραψα καὶ ὠφέλησα scripsi & profui, ut significationis sit eiusdē: quòd si diuersa sit, necessariò protinus uerbum in casualem figuram cōuersum est. Nam participiȷ cum uerbo cōstructio causam significabit, ita ut idē sit γράψας ὠφέλησα, & ἐκ τοῦ γράψαι ὠφέλησα, scribendo profui.

EXPLANATIO.

PARTICIPIVM dicit inuentum primùm breuitatis, deinde hellenismi causa, postremò etiam necessitatis. Sunt autem hellenismus &

breuitas duæ uirtutes orationis. Hellenismum suprà diximus esse emendatam locutionē Græcā ex artificiosa consuetudine. Breuitas autem est locutio ad rem significandā necessaria. λέξις αὐτὰ τὰ ἀναγκαῖα περιέχουσα πρὸς δήλωσιν τοῦ πράγματος, *ut inquit Diogenes Laertius secundum Stoicos. Aristoteles* τὸ εὔφραστον, καὶ τὸ εὐανάγνωστον *ad Hellenismum refert, quādo facilè ac sine molestia pronunciari uel recitari potest oratio propter contextum. Breuior autem & commodior est locutio* γράφων ἔλεγον, & γράψας ὠφέλησα, *quàm* ἔγραφον καὶ ἔλεγον, & ἔγραψα καὶ ὠφέλησα, *etiam si significatio eadem sit. Quòd si sit diuersa, sicut certe esse potest, significat enim causam participiū uerbo iunctum,* γράψας ὠφέλησα, *quia scripsi, profui: etiā necessariò hæc pars inuenta est. Nam cùm dicimus* ἔγραψα καὶ ὠφέλησα *coniunctis uerbis per coniunctionem copulatiuā, causa nullo modo significari potest, sed ne ordo quidem, ut tradit Herodianus, qui participio significatur neque enim hanc uim habent coniunctiones copulatiuæ.* Εἰ δὲ καὶ ἑτέρας.) *subaudi* σημασίας. Δεόντως.) *id est* ἀναγκαίως, *sicut Maximus Planudes de eadem re posuit. Herodianus* δι' ἀναγκαίαν χρείαν *dixit. Expungi autem debet punctus post* δεόντως, *quamuis refragantibus omnibus codicibus, quos mihi cōtigit adhuc uidere, ut sic legatur,* Εἰ δὲ καὶ ἑτέρας, δεόντως καὶ δὴ τὸ ῥῆμα εἰς τὸ πτωτικὸν μετῳκίσθη σχῆμα. *Quòd si diuersæ sit significationis, necessariò protinus in casualem figuram mutatum est uerbum. Sic solet usurpari* καὶ δὴ, *id est continuò, protinus, ideo, ut apud Gregorium* Ἐπ' αὐτὸν καὶ δὴ τρέψομαι, *ad eum continuò me conuertam. Quod autem casualem figuram sumpsisse uerbum dicit, Herodianus participium definiens, dicebat ipsum esse* ῥῆμα ἔχον πτώσεις, ἀριθμοὺς, καὶ διάφορα γένη. *Priscianus quoque libro* XI *in eandem sententiam tradit participium esse casuale uerbum. atque hanc uerbi transformationē libro* XI *ob id factā docet, ut uerbum nomini per omnes casus iungi posset* ἀμεταβάτως, *quod nō fieret, nisi instar nominis per obliquos inflecteretur. Videmus enim alioqui hanc obliquorum cum uerbis constructionem esse transitiuam, ut* δέομαί σου, δίδωμί σοι, εὖ ποιῶ σε: *sed si pro uerbo participium ponas hoc modo,* δεομένου σου, διδόντι σοι, εὖ ποιοῦντά σε, *constructio erit* ἀμετάβατος. *Recto autem participij diuersa uerba, quæ alioqui sine coniunctione consociari non poterant, apte inter se coniungi idem scribit, ut* γράφω καὶ λέγω, γράφων λέγω.

ΠΛΑΓΙΏΣ.

ΠΛΑΓΙΩΣ.

ΠΟΛΛΗ δὲ χρῆσις καὶ τοῦ πλαγίου τῶν μετοχῶν. οἷον, ἐμοῦ διδάσκοντος ἧκε Σωκράτης. καὶ ἐμοῦ διδάσκοντος σὺ μανθάνεις. τό, τε πλάγιον τῆς συντάξεως τοῦτο, ὡς ἐκεῖνο τὸ ὀρθὸν, ἤτοι αἰτιωδῶς, ἢ κατὰ συμβεβηκός. Δύο μὲν τοίνυν τρόποι τῆς πρὸς τὸ ῥῆμα μετοχῆς συντάξεως οἱ εἰρημένοι. ὁ μὲν κατ' ἀκολούθησιν ἀπ' εὐθείας εἰς ῥῆμα ὁμοιοπροσώπου τῇ εὐθείᾳ. ἡ γάρ τοι παραλλαγὴ τοῦ προσώπου ἐνταῦθα σολοικισμὸς, ὡς εἴρηται πρότερον. Σωκράτης περιπατῶν διαλέγεται. καλείσθω δὲ ὁ τοιοῦτος αὐτοπροσωπικός. ὁ δὲ ἀπὸ γενικῆς ἀδιαφόρως ἑτεροπροσώπου τοῦ ῥήματος, Σωκράτους διαλεγομένου, Δίων, ἢ σὺ γράφεις. προσαγορευέσθω δὲ ἑτεροπροσωπικὸς ἀμετάβατος. Τρίτος δὲ ὁ ἀπὸ δοτικῆς κατὰ διάφορον καὶ οὗτος ἐπαγωγὴν τοῦ ῥήματος, διαλεγομένῳ Σωκράτης παρῆν. Τέταρτος δ' ὁ ἀπὸ αἰτιατικῆς ἀδιαφόρως καὶ οὗτος, διαλεγόμενον ὁρᾷς καὶ ἑώρα. Καθόλου δὲ ὁμοιογενῶς καὶ ὁμοιοπτώτως τοῖς ἐκ πρώτου πτωτικοῖς συντασσομένη ἡ μετοχὴ τὴν τοῦ ῥήματος ποιήσεται ἀκολούθησιν. ὁρῶ σε κρύπτοντα. ἐμοὶ βουλομένῳ ἦν. τοῦ μὲν ἀπείχοντο, ὡς προειδότος.

OBLIQVE.

FREQVENS autem est usus etiam obliqui participiorum, ut ἐμοῦ διδάσκοντος ἧκε Σωκράτης, *me docente uenit Socrates. &* ἐμοῦ διδάσκοντος σὺ μανθάνεις, *me docente tu discis. Atque hæc obliqua cõstructio, sicut illa recta, uel causaliter accipitur, uel secundum accidens. Itaque duo sunt modi, quibus participium cum uerbo construitur, iam dicti. Vnus quidem ex recto casu, secundum certam conuenientiam cum uerbo eiusdem personæ cum recto. nam immutatio personæ hoc in loco solœcismus est, ut antea dictum est,* Σωκράτης περιπατῶν διαλέγεται, *Socrates ambulans disserit. uocetur autẽ hic modus eiusdem personæ, siue intransitiuus. Alter uerò ex genitiuo indifferẽter, non eiusdem personæ cum uerbo, ut* Σωκράτους διαλεγομένου Δίων ἢ σὺ γράφεις, *Socrate differente, Dion uel tu scribis. uoceturq; diuersæ personæ intrãsitiuus. Est item tertius qui datiuo constat secundum diuersam & ipse uerbi illationem: ut* διαλεγομένῳ Σωκράτης παρῆν, *differenti Socrates aderat. Et quartus ex accusatiuo, & is quoque indifferenter,* διαλεγόμενον ὁρᾷς, *differentem uides, &* ἑώρα *uidebat. In uniuersum autem participium in eodem genere & casu cum antecedentibus casualibus ordinatum uerbum sequetur, eique seruiet:* ὁρῶ σε κρύ-

ποντα, video te latitantem, ἐμοὶ βουλομένῳ ἦν, ego uolebam, τοῦ μὲν ἀπέσχοντο ὡς προειδότος, ab hoc quidem abstinuerunt ut prouidente.

EXPLANATIO.

ΠΟΛΛΗ δὲ χρῆσις.) Docuit usum participij in recto: nunc docet in obliquis, eius constructionem cum uerbo in duo genera primùm diuidens rectum & obliquũ, siue causam significet, siue accidens. Ex quibus duobus generibus quatuor modos colligit eius constructionis sensu nõ obscuro, sed oratione parum explicata, sicut suo loco indicabimus. Sic autem quatuor modi ab eo colliguntur, ut alterum ex duobus generibus, quod recto constat, primum efficiat modum, quem uocat ταυτοπροσωπικὸν ἀμετάβατον, quia participium ad eãdem personam spectat cum uerbo cui adhæret: ut, Σωκράτης πέπαυται τῶν διαλέγεται. Addit autem κατ᾽ ἀκολούθησιν, id est secundũ certam congruentiam numeri & personæ. his enim rectus semper cum uerbo congruere debet. Ex altero autem genere per obliquum tres modi reliqui existunt, pro obliquorum numero, & ordine, secundus, tertius, quartus, omnes ἀδιαφόρως, id est indifferenter quod ad numeri, & personæ conuenientiã cum uerbo pertinet. Opponũtur autem τὸ κατ᾽ ἀκολούθησιν, & τὸ ἀδιαφόρως. Itaque secundus est, qui genitiuo constat absoluto, dictus ἑτεροπροσωπικὸς ἀμετάβατος, quia in eo, etiamsi concurrant diuersæ personæ, unde ἑτεροπροσωπικὸς dicitur, non est tamen μετάβασις, propter genitiuum participij absolutum, in quem non transit uerbi actio. Tertium modum efficit datiuus indifferenter & transitiuè, ut διαλεγομένῳ Σωκράτης παρῆν, uel σὺ παρῆς. Quartus est accusatiui etiã indifferenter, & transitiuè, ut διαλεγόμενον ὁρῶ, ὁρᾷς, ὁρᾷ: uel mutãdo tẽpus ἑώρα. Εἰς ἐκεῖνο τὸ ὀρθόν.) ut illa recta de qua dictũ est paulò antè, quæ constat recto participij. Ἤτοι αἰτιωδῶς.) ut γράψας ὠφέλησε, hoc est ἐκ τοῦ γράψαι ὠφέλησε, ut dictum est. Ἢ κατὰ συμβεβηκός.) ut γράψας ἦλθον, id est συνέβη μοι γράψαι καὶ ἐλθεῖν. Δύο μὲν τοίνυν τρόποι.) Duo sunt igitur modi siue genera constructionis participij, τὸ ὀρθὸν καὶ τὸ πλάγιον scilicet. Deinde subijcit, ut de horum altero ὁμὲν. Ἡ γάρ τοι παραλλαγὴ τοῦ προσώπου ἐνταῦθα σολοικισμός, ὡς εἴρηται.) Dictum est suprà περὶ σολοικισμοῦ ex Homero, ὅσοι θεοί εἰσ᾽ ἐν ὀλύμπῳ Σοί τ᾽ ἐπιπείθονται καὶ δεδμήμεσθα. ubi ἐναλλαγὴ est personæ, δεδμήμεσθα pro δέδμηνται. Sic cũ participio, si dicas Σωκράτης πέπαυται τῶν διαλέγομαι, uel Σωκράτης πέπαυται τῶν διαλέγου, solœcismum

solœcismũ facis, qualis est in principio Hecubæ Euripidis, ἥκω νεκρῶν κευθμῶνα καὶ σκότου πύλας λιπὼν ἵν' ἅδης χωρὶς ᾤκισται θεῶν πολύδωρος. *pro* ἐγὼ πολύδωρος ἥκω λιπών. *Eodem modo Thucydides dixit,* Θεμιστοκλῆς ἥκω παρὰ σέ. ὁ δὲ κατὰ γενικῆς.) *Hoc modo genitiuus participij cum uerbo sic coniungitur, ut indifferenter congruat in persona, uel discrepet.* ἐν τῷ ὀρθῷ τῆς συντάξεως τὸ ῥῆμα ὁμοιοπρόσωπεῖ τῇ εὐθείᾳ, ἐν τῷ πλαγίῳ δὲ ἀδιαφόρως ἑτεροπροσωπεῖ τῇ πλαγίᾳ. *Hæc constructio propria est genitiui participij, nec sine eo potest explicari. Quo fit, ut* τὸ πλάγιον, *siue* ὁ πλαγιασμὸς τῆς μετοχῆς *cõstructionem participij genitiui casus præcipue significet, quã Latini reddunt per ablatiuum quem uocant consequentiæ. Attici pro genitiuo interdum nominatiuo, interdum accusatiuo utuntur.* Τρίτος δὲ κατὰ δοτικῆς. *Duos dixit esse modos, nunc tertium ponit, mox positurus etiam quartũ. Res est facilis, sed oratio parum constat. Videtur autem subaudiendum uerbum* φέρεται εἰς ῥῆμα, *ut suprà etiam, ut sit sensus: Tertius uerò in uerbum fertur, atque is quoq; per diuersam uerbi illationem, id est uerbo diuersæ personæ, uel numeri illato. Magis conueniret superioribus, si* κατ' ἀδιάφορον *legeretur, id est solutam conuenientia numeri & personæ uerbi illationem. sed utcunque legas idem est sensus.* Καθόλου δέ.) *In uniuersum autem sic his casualibus, quæ ipsum antecedũt eodem genere, & casu, adde etiam, si placet, numero, iũgetur participium, ut à uerbo regatur.* Ἐμοὶ βουλομένῳ ἦν.) *Sic Xenophon in quarto* παιδείας, ὅτῳ ὑμῶν μὴ ἀχθομένῳ εἴη, *si quis uestrum non grauaretur. Et Plato in Phædro,* εἴ σοι ἡδομένῳ ἐστὶ, *id est, si libet tibi. Thucydides libro secundo,* Τῷ γὰρ πλήθει τῶν πλαταιῶν οὐ βουλομένῳ ἦν τῶν Ἀθηναίων ἀφίστασθαι. *Et ipse Theodorus ex Cicerone de Senectute,* Ἀλλά μοι ἐπειδὴ βουλομένῳ ἦν περὶ γήρως τι συγγράψαι σοὶ προσφέρειν ἄξιον δῶρον τοῦτο δέ. *Homer. Iliad.* ξ. Νῦν δ' ἂν ὅστις δ' ἐγ' ἀμείνων μήτιν ἐνίσποι ἠὲ νέος ἠὲ παλαιὸς ἐμοὶ δὲ κεν ἀσμένῳ εἴη. *Ad hunc modum loquuntur Attici, resoluentes uerbum ipsum in participij sui datiuum eiusdem temporis, & numeri, & uerbum substantiuum* ἐστὶ ὁμοίως τῷ χρόνον, καὶ ἐγκλισιν. *Rursus Thucydides libro* VIII. εὐθὺς πλὴν ὅσοις μὴ βουλομένοις ταῦτα ἦν, ἑτοῖμοι ἦσαν ἐς τὰ ὅπλα ἰέναι, *id est* πλὴν ὅσοι μὴ ἐβούλοντο ταῦτα. *Imitatus est Tacitus libro* I. *Vt bellum quibusque inuitis, aut uolẽtibus erat. Et in uita Agricolæ, Quibus bellum uolentibus erat.*

ΑΠΡΟΣΩΠΩΣ.

Ταῖς δὲ τῶν ἀπροσώπων μετοχαῖς ἴδιον μάλιστα τὸ, τὴν εὐθεῖαν τῶν οὐδετέρων, πρὸς ἀναπλήρωσιν γίνεσθαι τοῦ δευτέρου τρόπου. οἷον, ἄδηλον ὂν ὁπότε τις ἐπελθὼν ἄλλος ἀφαιρήσεται. καὶ ἰδιώτης ἦν, ὡς οὐ μετὸν, ἢ προσῆκον αὐτῷ τῆς ἀρχῆς. καὶ ἔπρασσον ταῦτα, δέον ἕτερα. καὶ ἀκουσθὲν αὐτῷ τοὺς πολεμίους παρεῖναι, ἀντεπεξῄει εἰς μάχην. ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων.

IMPERSONALITER.

IMPERSONALIVM autem uerborũ participijs peculiare in primis est, ut rectus neutri generis ad uicem implendam ualeat secundi modi, ut ἄδηλον ὂν ὁπότε τις ἐπελθὼν ἄλλος ἀφαιρήσεται, *cùm incertum esset, quando aliquis adortus alius eriperet. Et,* ἰδιώτης ἦν ὡς οὐ μετὸν, ἢ προσῆκον αὐτῷ τῆς ἀρχῆς, *priuatus erat quasi non esset ipsi, aut conueniret imperium. Et,* ἔπρασσον ταῦτα δέον ἕτερα, *hæc agebã cùm oporteret alia. Item* ἀκουσθὲν αὐτῷ τοὺς πολεμίους παρεῖναι ἀντεπεξῄει εἰς μάχην, *audito hostes adesse, obuiam processit ad pugnam. Eodem modo fit etiam in alijs.*

EXPLANATIO.

DOCET constructionem participij uerbi impersonalis. τοῦ δευτέρου τρόπου.) *qui constat genitiuo absoluto. Nam* ἄδηλον ὂν, *&* ὡς οὐ μετὸν αὐτοῖς ἐπιδήμου, *apud Thucydidem in proœmio lib. primi.* ὂν προσῆκον, δέον ἕτερα, *&* ἀκουσθὲν αὐτῷ, *pro genitiuis ponuntur.*

ΠΡΟΣΩΠΙΚΩΣ.

Αἱ δὲ τῶν προσωπικῶν καὶ εὐθυλογούμεναι, ἀδιαφόροις τοῖς τῶν ῥημάτων προσώποις συντάσσονται. γράφων ὠφελῶ, ὠφελεῖς, ὠφελεῖ, διὰ τὸ μὴ διακριτικὰς εἶναι προσώπων. καὶ ὀνόμασι μὲν συνταττόμεναι, ἐν ῥήματος μοίρᾳ λαμβάνονται, τοὺς λόγους ἐπαινῶν. ῥήμασι δὲ, ἐν μοίρᾳ ὀνόματος. τοὺς λέγοντας ἐπαινῶ. κἂν ὁμοῦ ἀρσενικά τε καὶ θηλυκὰ προτάσσηται μετοχῆς, τὴν τοῦ ἐπικρατεστέρου γένους, τουτέστι τοῦ ἀρσενικοῦ μετοχὴν ἐπάγειν. οἷον, ἄνδρες καὶ γυναῖκες καθήμενοι διαλέγονται, δῆλον οὖν ὅτι καὶ θηλυκῶν προτασσομένων σὺν οὐδετέροις, τὴν τοῦ θηλυκοῦ ἐποίησεν, ἅτε προτέρου. οἷον, τὸ Ὁμήρου, Αἱ δ' ἡμέτεραί τ' ἄλοχοι καὶ νήπια τέκνα εἵατ' ἐνὶ μεγάροις ποτιδέγμεναι. ἣν δ' ἀρσενικὰ καὶ θηλυκὰ ὁμοῦ προταχθῇ κατὰ μετασχηματισμὸν φωνῆς, ἀλλὰ μὴ κατὰ σημασίαν, τὴν οὐδετέραν ἀποδώσομεν μετοχήν. οἷον, δὴ καὶ τὸ, τοὺς μὲν ἤδη καὶ αἴσθησις ἀπ' ἀλλήλων διακριθέντα. ἔτι ἐὰν

διάφορα

διάφορα προστάσσεται γένη χωρὶς, ἡ μετοχὴ τοῦ ἐγγυτέρου ἔσται, οὐδ' Ἄρης λαοσσόος οὐδὲ κ' Ἀθήνη τόν γε ἰδοῦσ' ὀνόσαιτο. συντάσσονται δὲ καὶ τοῖς ὑπαρκτικοῖς ῥήμασι, μηδὲν πλέον δηλοῦσαι τῶν συστοίχων ῥημάτων. οἷον, γράφων εἰμὶ καὶ γεγραφώς. ἴσον γὰρ τῷ γράφω, καὶ γέγραφα.

PERSONALITER.

PERSONALIVM uerò participia, etiam casus nominatiui indifferenter cum personis uerborum construuntur, γράφων ὠφιλῶ, ὠφιλεῖς, ὠφιλεῖ: scribens iuuo, iuuas, iuuat. propterea quòd nō distinguūt personas. Et cum nominibus quidem coniuncta uice uerbi accipiuntur, ut τοὺς λόγους ἐπαινῶν, orationes laudans. Cū uerbis autem uice nominis, τοὺς λέγοντας ἐπαινῶ, dicentes laudo. Quòd si masculina simul & fœminina præponantur participio, præstantioris generis, id est masculini, participium inferre oportet, ut ἄνδρες καὶ γυναῖκες καθήμενοι διαλέγονται, uiri & fœminæ sedentes sermocinantur. Itaq; planè fœmininis præpositis cum neutris, participiū fœminini generis inferemus tanquam potioris: quale est illud Homeri, Αἱ δέ που ἡμέτεραι τ' ἄλοχοι καὶ νήπια τέκνα εἵατ' ἐνὶ μεγάροις ποτιδέγμεναι. nostræ autem uxores & infantes liberi sedent in ædibus expectantes. Quòd si masculina & fœminina simul præponantur, secūdum uocis figuram, non secundum significationem, neutrum reddemus participium, cuiusmodi est illud, Νοῦς μὲν οὖν ἤδη καὶ αἴσθησις ὡδ' ἀλλήλων διακεκρίνται. Mens igitur & sensus inter se distincta sunt. Si uerò diuersa præponantur genera seorsum, participium uiciniori respondebit, οὐδ' Ἄρης λαοσσόος οὐδὲ κ' Ἀθήνη τόν γε ἰδοῦσ' ὀνόσαιτο. Neque Mars salus populi, neq; Pallas hunc uidens contempserit. Coniunguntur etiam cum substantiuis uerbis nihilo plus significantia quàm uerba cognata, ut γράφων εἰμὶ, & εἰμὶ γεγραφώς. id enim idem ualet quod scribo & scripsi.

EXPLANATIO.

ΑἹ ΔΈ προσωπικῶν καὶ ἀδιαλογούμεναι.) μετοχαὶ δηλονότι. Ἐν ῥήμασι δὲ μοίρᾳ.) *Participiū dum post se casum habet uerbi sui, fungitur officio uerbi: dum uerò regitur à uerbo trāsitiuè, nominis tenet locum.* Κἂν ὁμοῦ ἀρσενικὰ ἅπτα.) *Syllepsis fit in participiorum genere, non aliter quàm in persona dictū est fieri uerborum. Masculinum genus fœmininum concipit, & fœmininū neutrum.* Μετοχὴν ἐπάγειν.) *Subaud.* χρὴ, *Atticorū more.* Αἱ δέ που ἡμέτεραι τ' ἄλοχοι.) *Homer. Iliad. β.* Νοῦς μὲν ἤδη.) γράφ. Νοῦς μὲν οὖν ἤδη. *Aristo.* περὶ ψυχῆς. *Est autē* νοῦς

positione ac conformatione masculinum, & αἴσθησις fœmininum, significatione verò utrũque neutrum: quare cum neutro plurali iunguntur. Τῶν συστοίχων.) γραφ. μηδὲν πλέον δηλοῦσαι ἄλλως τῶν.

ΠΕΡῚ ἌΡΘΡΟΥ.



ὸ δὲ ἄρθρον, ἔστι μὲν λόγου πτωτικὸν μέρος προτασσόμενον τοῖς ὀνόμασι. διαιρεῖται δὲ εἰς προτακτικόν τε, καὶ ὑποτακτικόν, ὡς διώρισται πρότερον. κυρίως γε μὴν ἄρθρον τὸ προτακτικόν. ποιεῖ δ' ἀναπόλησιν προεγνωσμένου τοῦ ἐν τῇ συντάξει. οἷον, εἰ μὲν λέγοι τις ἄνθρωπος ἥκει, ἄδηλόν τινα ἄνθρωπον λέγει. εἰ δὲ ὁ ἄνθρωπος, δῆλον. προεγνωσμένον γάρ τινα τῶν ἀνθρώπων. ὅθεν δὲ αὐτὸ βούλονται καὶ οἱ φάσκοντες τ' ἄρθρον σημαντικὸν πρώτης γνώσεως καὶ δευτέρας. τὰ μὲν οὖν προτακτικὰ πάντων τῶν ὀνομάτων προτίθεται. τὰ δὲ ὑποτακτικὰ ἑνὸς ἀορίστου τοῦ τις ἐγκλινομένου, ὅστις. προτίθεται δὲ τ' αὐτὸ ὁμοίως καὶ συνδέσμου τοῦ περ, ὅσπερ. καὶ τοῦ γε, ὅς γε. καὶ τοῦ που, ὅπου. ποιηταὶ δὲ καὶ ὅσεα, καὶ ὅστυ λέγουσιν. ἀλλ' ὅταν ἁπλῶς οὕτω λαμβάνηται, τῷ τις συντάσσεται μόνον, ἢ τῶν εἰρημένων τῳ. ὅταν δὲ αὐτόν τις ἀγνοοῦντα δηλῶσαι βούληται, καὶ τὸ περὶ αὐτὸ πλέκει τοῦ τις ἐγκλινόμενον. οἷον ὅστις ποτὲ ἦν ἐκεῖνος. προσκείσθω δὲ τούτοις καὶ τὸ ἅττα, ὡς μὲν τὸ ἅτινα προτασσόμενον. ἅττ' ἂν εἴπῃς. ὡς δὲ τὸ τινὰ ὑποτασσόμενον. οἷον ἅττ' ἂν ᾖ. ἔτι τὰ μὲν προτακτικά, ὀνομάτων καὶ μετοχῶν καθόλου προτίθεται. ἀντωνυμιῶν δὲ οὐ πασῶν. τὰ δὲ ὑποτακτικὰ καθόλου ὀνόμασί τε, καὶ μετοχαῖς καὶ ἀντωνυμίαις τυγχάνει ἑπόμενα. ἀκολουθητικὸν ἄρα τὸ ὑποτακτικὸν πάντων τῶν πτωτικῶν. προηγητικὸν δὲ τῶν ῥημάτων, οἷον, εἰ λέγοι τις. σώφρων, ὃς τῶν φαύλων κρατεῖ ἐπιθυμιῶν. ὅθεν δὴ καὶ οὐ κυρίως ἂν εἴη ἄρθρον τοῦτο. ῥημάτων γὰρ προηγεῖται τῶν μὴ πεφυκότων ἄρθροις συνάπτεσθαι. χρῆσις δὲ τοῦ προτακτικοῦ κἀπὶ τῶν ἐπιμεριζομένων πτωτικῶν, τοῖς μεριστικοῖς καλουμένοις συνδέσμοις τῷ μὲν, καὶ δέ. τριχῶς δέ. ἤ τε κατ' εὐθεῖαν. οἷον, ἄνθρωποι, οἱ μὲν ἤδη εἰσέφερον, οἱ δὲ παρεσκευάζοντο. ἢ κατὰ γενικήν. τῶν ἀνθρώπων, οἱ μὲν Ἕλληνες, οἱ δὲ βάρβαροι. ἢ κατὰ αἰτιατικήν. τοὺς στρατηγούς, τοὺς μὲν ἔλαβον, τοὺς δὲ λαβεῖν οὐδαμῶς ἐδυνήθησαν.

DE ARTICVLO.

ARTICVLVS autem est orationis pars casualis, quæ præponitur nominibus:

nominibus: diuiditurq́; in præpositiuum & subiunctiuum, ut antè dictum est. Proprie tamē articulus est, qui præpositiuus dicitur. Rem autem præcognitam repetit in constructione, ut si quis dicat, ἄνθρωπος ἧκε, homo uenit, incertum erit quem hominem dicat: si uerò ὁ ἄνθρωπος, certum. nam antè cognitum quempiam hominem significat. Hoc autem ipsum intelligunt ij qui dicunt articulum significatiuum esse primæ & secundæ notitiæ. Itaque præpositiui articuli omnibus nominibus præponūtur: subiunctiui uerò indefinito τὶς quis, & inclinato, ὅστις quicunque. præponitur similiter idem ὃς coniunctioni περ, ὅσπερ, & γε, ὅσγε, & του, ὅσου, id est qui. Poëtæ uerò etiam ὅστε & ὅτιν dicunt. Sed quando simpliciter sic accipitur, cum particula τὶς coniungitur dūtaxat, uel cum supradictarum aliqua. Quando autem quispiam ignorare se uult significare, etiam ποτὲ cum τὶς inclinato coniungit, ut ὅστις ποτε ἦν ἐκεῖνος, quicunque erat ille. His addatur etiam ἅττα, idem ualens quod ἅτινα dum præponitur, ut ἅττ᾽ ἂν εἴπῃς, quæcunque dixeris: sed idem ualens quod τινὰ, dum subiungitur, ut ὁποῖ᾽ ἄττ᾽ ἂν ᾖ, qualiacunque sint. Item præpositiui nominibus & participijs in uniuersum præponuntur: pronominibus autem non omnibus. Contrà, subiunctiui in uniuersum nominibus, participijs & pronominibus postponūtur. Consequitur enim subiūctiuus articulus partes omnes casuales, & uerba præcedit: ut si quis dicat, σώφρων ὃς τῶν φαύλων κρατεῖ ἐπιθυμιῶν, temperans est qui prauas uincit cupiditates. Quare hi non proprie erunt articuli: uerbis enim præponuntur, quæ natura cum articulis iungi non possunt. Vtimur autem præpositiuis etiam in distribuendis casualibus, ijs adhibitis coniunctionibus quæ discretiuæ dicūtur, μὲν & δὲ: idq́; tribus modis. Aut enim per nominatiuum loquimur, ut ἄνθρωποι, οἱ μὲν ἤδη εἰσέτρεχον, οἱ δὲ παρεσκευάζοντο, homines, alij quidem incursabant, alij uerò se parabant. Aut per genitiuum, τῶν ἀνθρώπων οἱ μὲν Ἕλληνες, οἱ δὲ βάρβαροι, hominū alij quidem Græci, alij uerò Barbari. Aut per accusatiuum, τοὺς στρατηγοὺς, τοὺς μὲν ἔλαβον, τοὺς δὲ λαβεῖν οὐδαμῶς ἠδυνήθησαν, duces alios quidem ceperunt, alios uerò capere nullo modo potuerunt.

EXPLANATIO.

APOLLONIVS articulum participio continuari non sine causa existimat, sed ut præ se ferat coniunctionē cum casualibus, & pronomen declinet, quod articulum non admittit, ne à uerbo quidem ipso

reiectum, ut τὸ φιλολογεῖν καλόν ἐστι. Propterea uerò pronomini præponendum fuisse censet, quia prius est natura. Nam quod pro altero ponitur, posterius est natura eo pro quo ponitur. ponitur autē pronomen loco nominis, quo cum articulus subsistit. Huc accedit quòd pronomina relatiua pro nominibus articulum habentibus ponuntur, ita ut non abs re dici possit, pronomen articuli quoque uicem præstare. Quamobrem non est mirum, si articulus dum à nomine disiungitur, in pronomen degeneret partem ipsi subiectam, ut ὁ γὰρ ἦλθε θοὰς ἐπὶ νῆας Ἀχαιῶν. Et, τὴν δ' ἀπαμειβόμενος. ὃς διαιρεῖται πρότερον.) Lib. primo. κυρίως καλῶ ἄρθρον τὸ προτακτικόν.) Nā subiunctiuus articulus postponitur nominibus, & præponitur uerbis, cùm propriū sit articuli præponi nominibus, non uerbis, sicut solis accidit προτακτικοῖς. Sunt igitur proprie articuli ij qui præpositiui dicuntur. Ποιεῖ δ' ἀναπόλησιν προεγνωσμένου τοῦ.) Ἀναπόλησιν *dicit* ἀναφοράν. *Quam in sententiam suprà quoque* περὶ τῶν πτωτικῶν ὀνομάτων *dixit articulum* εἶναι ἀναφόροντος, *hoc est* πρώτης γνώσεως καὶ δευτέρας σημαντικόν. *Hanc autem articuli relationē nemo diligentius tractauit, quàm Apollonius libro primo, dicens:* Ἔστιν οὖν, καθὸ καὶ ἐν ἄλλοις ἀπεφηνάμεθα, ἴδιον ἄρθρου ἡ ἀναφορά, ἥ ἐστι προκατειλεγμένου προσώπου παραστατική. ἀναφέρεται δὲ τὰ ὀνόματα, ἢ κατ' ἐξοχήν, ὅτε φαμέν, οὗτός ἐστιν ὁ γραμματικός. τοιοῦτόν τι ἐμφαίνοντες, ὁ πάντων προὔχων, ὡς ἔστιν εἰπεῖν, ὁ γενικώτατος. ἢ καὶ κατὰ μοναδικὴν κτῆσιν, ὁ γὰρ οὕτως ἀποφαινόμενος δοῦλός σου ταῦτ' ἐποίησε, πλῆθος ὑπαγορεύει δούλων. ὁ δὲ μετὰ τοῦ ἄρθρου, ὁ δοῦλός σου ταῦτ' ἐποίησε, μοναδικὴν κτῆσιν ὑπαγορεύει. ἢ καὶ κατ' αὐτὸ μόνον ἁπλῆν ἀναφοράν, ὅτε φαμὲν ὁ ἄνθρωπος ἦλθέ σε ζητῶν, *id est, Proprium est igitur articuli, quemadmodum etiā alibi diximus, relationem significare, quæ relatio personam antè memoratam repetit. Referuntur autem nomina, uel per excellentiam, quādo dicimus* οὗτός ἐστιν ὁ γραμματικός, *huiusmodi quiddam significantes, hic est grammaticus ille omnium præstantissimus. Vel ita, ut singularis possessio significetur. qui enim sic loquitur* δοῦλός σου ταῦτ' ἐποίησε, *multitudinem seruorum dicit: qui uerò cum articulo,* ὁ δοῦλός σου ταῦτ' ἐποίησε, *singularem possessionē indicat. Vel simplex est relatio, dum ita loquimur,* ὁ ἄνθρωπος ἦλθέ σε ζητῶν. *Rursus paulò pòst infinite, & per anticipationem fieri hanc relationem docet, dicens:* Ἔθ' ὅτι δὲ καὶ προληπτικώτερον προσώπων ἀναφέρει, ὅτι δὴ καὶ ἀορίστως φαίνεται,

ὅτι οὕτω

ὅτι οὕτω φαμὲν, ὁ τυραννοκτονήσας τιμάσθω. τὸ δὲ ὡς ἰσόμενον πρόσωπον ἀνταπόλυσιν, id est, quicunque tyrānum occiderit, præmio afficiatur. quod tamen sic accipi potest, ut τὸ πρὸς κοινὸς πρόσωπον referatur, si fingamus quempiam occidisse tyrannum, & nondum præmium accepisse. Denique κατὰ πλήθους ἐμφάνισιν, ut ὁ γυμνασιαρχήσας Πτολεμαῖος τιμήσθη. Non enim unus significatur Ptolemæus, sed plures, ex quibus unus sit præmio affectus. Alij præterea tradunt articulum singularē προσδιορισμὸν ἰσοδυναμοῦντα τῷ καθόλου, id est præscriptionem, siue determinationem uniuersalem significare, ut ὁ ἄνθρωπος interdum non unum hominem significat relatiue, sub conditione particulari huius aut illius suppositi, sed sub conditione formali hominem, in quo omnes particulares homines conueniant, ut interpretatur Bessario. qui triplicem usum tradit articuli, ut primus sit ad præcipuam quandam rem, & summam significandam accommodatus, ἀναφορὰν κατ' ἐξοχὴν uocat Apollonius. Secundus, ad rei rationem & formam. Tertius, ad rem præcognitam simpliciter referendam. Apollonius ἁπλῶς ἀναφορὰν dicit. Theodorus uerò generaliter relationē articuli posuit, quo nomine uno omnem usum eius complectitur, sicut etiam Apollonius ubique relationem usurpat, sed eius quinque modos speciales statuit.

Ἄνθρωπος ἧκε.) γρά φ. ἧκε. τὰ μὲν οὖν προτακτικὰ πάντων τῶν ὀνομάτων.) Pugnare secum uidetur Theodorus. nam superius interrogatiuis & infinitiuis nominibus articulum ademit. Alij uerò etiam numeralibus, & alijs quibusdam præponi negant. Sed uix ullam nominum speciem reperias, cui interdum non iungatur articulus. nam & numeralibus & interrogatiuis aliquādo iungi eum Budæus docuit, etiam in prima interrogatione. In declinatione certe cuiuis nomini præponūtur. Ἀλλ' ὅταν ἁπλῶς οὕτω.) ὅστις compositum pro simplici ὅς, uel composito ὅσπερ, id est qui, ponitur: sed ὅστις δηλονότι infinitum est, quicunque tandem. Προσκείσθω δὲ τούτοις καὶ τὸ ἄττα.) ἄττα significat ἅτινα, uel ὅσα, uel τινὰ, siue ποῖά τινα, Suida authore. quanquā dū τινὰ significat, tenui spiritu profertur, sicut in manu scripto codice semper obseruaui scriptum, & Budæus tradidit. hinc ποῖ' ἄττα, πόσ' ἄττα, ἕτερ' ἄττα, τοσαῦτ' ἄττα, πολλ' ἄττα. Ἔτι τὰ μὴ προτακτικά.) Iterū cōfirmat præponi nominibus in uniuersum, & participijs τὰ προτακτικὰ, nō autē pronominibus, ut demonstratiuis & relatiuis, sicut suo loco uidebimus. Semper autem ijs præponūtur participijs, quæ in uerba resoluuntur, ut οἱ

λέγοντες ταῦτα οὐκ ἀληθεύουσι, ij qui dicunt. ὅθεν δὴ καὶ οὐ κυρίως ἂν εἴη ἄρθρον τουτί.) γραφ. ἄρθρα τουτί.

ΠΡΟΛΗΨΙΣ.

ἜΝΘΑ δὴ καὶ εἰ μὲν κατὰ πρόληψιν πληθυντικὸν ῥῆμα προτάσσεται πρὸς ἑκάτερον τὸ ἑπόμενον, εὐθεῖαν δεῖ προηγεῖσθαι ἐν τῇ ἀθροίσει. οἷον, ἀετοὶ διέπτησαν δύο, ὁ μὲν ἀπ' ἀνατολῶν, ὁ δὲ ἀπὸ δυσμῶν. Εἰ δὲ πρὸς τὰ μεριζόμενα ἑνικὸν ἔσεται, γενικὴν δέοι ἂν ἡγεῖσθαι πληθυντικήν. δυοῖν ἀετῶν ὁ μὲν ἀπ' ἀνατολῶν ἔπτη, ὁ δὲ ἀπὸ δυσμῶν. Ἔξεστι γὰρ μὴν καὶ τὸ ἑνικὸν ὁτὲ μὲν εἰς ἑνικὰ διελεῖν, ὁτὲ δὲ εἰς πληθυντικά. τ' ἀνθρώπειον γένος, τὸ μὲν ἀγαθόν, τὸ δὲ φαῦλον. τ' ἀνθρωπείου γένους, οἱ μὲν ἀγαθοί, οἱ δὲ φαῦλοι. Καὶ αὖ πάλιν τὸ πληθυντικόν, ὁτὲ μὲν εἰς πληθυντικά, ὁτὲ δὲ εἰς ἑνικά. τῶν ἀνθρώπων, οἱ μὲν ἀγαθοί, οἱ δὲ φαῦλοι. δυοῖν ὀρνίθων, ὁ μὲν πτητικός, ὁ δὲ οὔ. εἰ μὲν οὖν εὐθεῖα ἡγεῖται, κείσθω ἐν τῇ ἀθροίσει τὸ ῥῆμα. εἰ δὲ γενική, ἐν τοῖς μεριζομένοις, ὡς δέδεικται. Βουλομένοις δὲ καὶ τὴν ἄθροισιν, καὶ τὸν μερισμὸν πλαγίως προσενεγκεῖν, ἀνάγκη δὴ καὶ μετοχῇ χρῆσθαι πλαγίᾳ, ἐν μοίρᾳ λαμβανομένῃ ῥήματος, καὶ μετάβασιν ἑτεροπροσωπικῶς ποιεῖσθαι. ἀετῶν διαπτάντων, τοῦ μὲν ἀπ' ἀνατολῶν, τοῦ δὲ ἀπὸ δυσμῶν, ἴδον τὸ τάχος. καὶ πρὸς δοτικήν. ἀετοῖς διαπτᾶσι, τῷ μέν, τῷ δέ. καὶ πρὸς αἰτιατικήν. ἀετοὺς διαπτάντας, τὸν μέν, τὸν δέ. Τὸ δ' Ὁμήρου, Ἄμφω δ' ἑζομένω γεραρώτερος ἦεν Ὀδυσσεύς, σολοικοφανές. Ἴδιον δὲ τοῦ προτακτικοῦ ἄρθρου, τὸ πᾶσι τοῖς τοῦ λόγου μέρεσι καὶ ὅλῳ λόγῳ αὐτῷ συντάττεσθαι ὁρικῶς. οἷον, τὸ ἄνθρωπος, τὸ γυνή, τὸ λέγω. Τὸ Σωκράτης διαλέγεται. ὡς δ' οὕτω καὶ εἴη ἄν, ὡς οὐδέτερα πάντα καὶ ἄκλιτα. Ἔτι τὸ ὅς, ὀνόματος αἰτιατικῇ ἐπιπλεκόμενον ἀνάγκη μὴ πρὸς τὸ ἡγούμενον ὄνομα μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸ συνημμένον αὐτῷ ἕτερον ῥῆμα προσφέρεσθαι. Ἄνδρα μοι ἔννεπε Μοῦσα πολύτροπον, ὃς μάλα πολλὰ πλάγχθη. μετάβασις δὲ τοῦτο ἀπὸ προσώπου εἰς πρόσωπον. Εἰ δ' εὐθεῖα συντάττοιτο εὐθείᾳ, πρὸς τὸ αὐτὸ πρόσωπον ἄμφω τὰ ῥήματα ἀναφέρεται. ἥκει ἀνήρ, ὃς ἐπέστελλεν. Εἰ δὲ δύο πλάγιαι εἶεν, ἤδη πρὸς ἕτερον πρόσωπον μετάβασις γίνοιτ' ἄν. οἷον, τὸν ἄνθρωπον ὃν ἐλεῶ, τρέφω. ἢ κατ' ἐπιστροφήν. ἐμαυτόν, ὃν φιλῶ, θεραπεύω. Εἰ δ' ἡ μὲν τῶν προσώπων εἴη εὐθεῖα, ἡ δὲ πλαγία, ἐνίοτε μὲν καὶ πρὸς τὴν εὐθεῖαν ἡ μετάβασις τοῦ ῥήματος γίνεται ἀπὸ προσώπου εἰς πρόσωπον. ἐπαινεῖ τοὺς Δαναοὺς Ὅμηρος, ὃν τιμῶ. καὶ πάλιν, τέθνηκε Πάτροκλος, ὃν ἐφίλει ὁ Ἀχιλλεύς. ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον δὲ πρὸς πλαγίαν, τιμῶ Ὅμηρον, ὃς τοὺς Δα-

ναοὺς

ναὺς ἐπαινεῖ. Καὶ αἱ πλάγιαι δὲ τοῦ ὅς πρὸς τὰς εὐθείας ἁπάντων τῶν πτωτικῶν ἀναφέρονται. Ὅμηρος, οὗ, ᾧ, ὅν. Καὶ ἀνάπαλιν τῷ ὅς εὐθείᾳ πᾶσαι αἱ τῶν ἄλλων πτώσεις καταλλήλως συντάσσονται. Ὅμηρος, ὃς τὴν Ἰλιάδα συνέγραψε. Ὁμήρου ὅς. Ὁμήρῳ ὅς. Ὅμηρον ὅς. Ὅμηρε ὅς. Καὶ ἔτι αὐτοῦ ὅς πλάγιαι ταῖς τῶν πτωτικῶν πλαγίαις ἁπάσαις. Ὁμήρου οὗ, ᾧ, ὅν. καὶ ἐπὶ τῶν λοιπῶν ὁμοίως. κοινοῦ ταῖς προθέσεσιν. ἀφ' οὗ, σὺν ᾧ, περὶ ὅν. Ἔστι δ' ὅτε καὶ μετὰ ὑποτακτικὸν εὐθὺς μετοχὴν ἐπάγομεν ὁμογενῆ καὶ ὁμοιόπτωτον καὶ ὁμοάριθμον, ἢ πλαγιασύντακτον κατὰ γενικὴν ἀεί. καὶ ἤτοι μόνην, ἢ ὀνόματι, ἢ ἐπὶ ῥήματι. οἷον, αἱροῦμαι ἀρετήν, ἣν παροῦσαν οὐδεὶς ἄν με ἀφέλοιτο. Ἐπαινῶ οὖν τὸν Σωκράτους, οὗ καθηγησαμένου, ἢ σπουδαίου γενομένου, πλεῖστοι ὤναντο τὰ εἰς ἀρετήν. Καὶ σὺν ἐπὶ ῥήματι, οὗ ἄριστα τὸν βίον διάγοντος. Μετοχὴν δὲ ἑτεροπροσωπικῶς, ὡς καὶ τοῖς κυρίοις καὶ προσηγορικοῖς, ἐπάγομεν ὧδε. ἐπαινῶ Σωκράτην, ὃν ἀρετῆς ἐν αὐτῷ οὔσης πλείας, πολλοὶ μιμησάμενοι ἐπαίδευσαν περὶ τὰ καλά. Ἔτι τὸ ὑποτακτικὸν πολλάκις, οὐ πρὸς ἣν πτῶσιν ἀπαιτεῖ τὸ ἐπαγόμενον ῥῆμα, ἀποδίδοται, ἀλλὰ πρὸς ἣν τὸ ἡγούμενον. ἀττικὸν δὲ τὸ τοιοῦτο. χρῶμαι οἷς ἔχω βυβλίοις. καὶ ἀπολαύω ὧν ἔχω ἀγαθῶν. Ἔτι τὸ ὑποτακτικὸν ἤτοι μετὰ τοῦ πρὸς πληθυντικὸν ἑνικὸν ἀποδιδόμενον εὕρηται. οἷον, Ἀνθρώπους τίνυσθον, ὅστις κ' ἐπίορκον ὀμόσσῃ. ἤτοι δ' οὐ τὸ ἀνάπαλιν, μή τις Ἀχαιῶν ἐνθάδ' ἐπέλθῃ βουληφόρος οἵ τέ μοι αἰεὶ βουλὰς βουλεύουσι. Προσκείσθω δὲ καὶ λαμβάνειν ἔνθα ἂν οἷόν τε ᾖ ἀντὶ τοῦ ὑποτακτικοῦ τὸ προτακτικόν, καὶ ἀντὶ τοῦ ἑπομένου ῥήματος μετοχήν, τὴν αὐτὴν τοῦ λόγου φυλάττοντας ἔννοιαν. Εἶναι γε μὴν ὁμοιόπτωτα καὶ ὁμογενῆ, καὶ ὁμοιάριθμα τὰ μεταληφθέντα ἀλλήλοις τε, καὶ τοῖς ἡγουμένοις πτωτικοῖς δεῖ. Σωκράτης ὃς πολλὰ πεποίηκεν ἀγαθά. ὁ πολλὰ πεποιηκὼς ἀγαθά. Κἂν μὴ ᾖ δὲ τὸ ὑποτακτικὸν πρὸς τὸ ἑπόμενον ῥῆμα, μεταληπτέον τὸ σύστοιχον. ἢ συνώνυμόν τε, ἢ ὅμοιον ὧδε. Σωκράτους, οὗ λόγος ἐπ' ἀρετῇ πολύς, τοῦ μάλιστα δι' ἀρετὴν ἐπαινουμένου, τοῦ πολὺν ἐπ' ἀρετῇ λόγον ἔχοντος. Σωκράτει, ᾧ Πλάτων διδασκάλῳ ἐχρήσατο, τῷ διδάξαντι Πλάτωνα, ἢ καθηγησαμένῳ Πλάτωνος.

PROLEPSIS.

VBI etiam si per præsumptionem plurale uerbum præponatur, ad utramq; partem sequentem pertinens, nominatiuum oportet præcedere collectiue, ut αἰετοὶ διέπτησαν δύο, ὁ μὲν ἀπ' ἀνατολῶν, ὁ δὲ ἀπὸ δυσμῶν, *aquilæ uolauerunt duæ, una quidem ab Oriente, altera uerò ab*

Occidente. Quòd si uerbum ad distributas partes relatũ sequatur singulare, genitiuum oportet præcedere pluralẽ, δυοῖν ἀετῶν ὁ μὲν ἀπ' ἀνατολῶν ἔπτη, ὁ δὲ ἀπὸ δυσμῶν, duarum aquilarum altera quidem ab Oriente uolauit, altera uerò ab Occidente. Licet tamen etiam singulare nunc in singularia distribuere, nunc in pluralia, τὸ ἀνθρώπειον γένος, τῇ μὲν ἀγαθὸν, τῇ δὲ φαῦλον, humanum genus partim quidem bonũ, partim uerò malum. Et, τοῦ ἀνθρωπείου γένους οἱ μὲν ἀγαθοὶ, οἱ δὲ φαῦλοι, humani generis alij quidem boni, alij uerò mali. Et contrà, plurale nunc in pluralia, nunc in singularia, τῶν ἀνθρώπων οἱ μὲν ἀγαθοὶ, οἱ δὲ φαῦλοι, hominum alij quidem boni, alij uerò mali: δυοῖν ὀρνίθων, ὁ μὲν πτητικὸς, ὁ δὲ οὔ, duarum auium hæc quidem uolucris, illa uerò non. Si igitur rectus præcedat, ponatur in collectione uerbũ: si uerò genitiuus, in distributione, ut demonstratum est. Quòd si uelimus & collectionẽ & distributionem per obliquos enunciare, continuò necesse est participio uti obliqui casus loco uerbi, transitionemq; in diuersam personã facere, ut ἀετῶν, τοῦ μὲν ἀπ' ἀνατολῶν, τοῦ δὲ ἀπὸ δυσμῶν, ἴσον τὸ τάχος, aquilarum uolantium huius quidem ab Oriente, illius uerò ab Occidẽte, par uelocitas. Et per datiuum, ἀετοῖς διαπτᾶσι τῷ μὲν, τῷ δὲ, aquilis uolantibus, huic quidem, illi uerò. Et per accusatiuũ, ἀετοὺς διαπτάντας, τὸν μὲν, τὸν δὲ, aquilas uolantes, hanc quidem, illã uerò. Nam illud Homeri, ἄμφω δ' ἑζομένω γεραρώτερος ἦεν Ὀδυσσεὺς, ambo uerò sedentes uenerabilior erat Vlysses, solœcismi speciẽ habet. Cæterum, proprium est præpositiui neutri generis articuli, ut cum omnibus orationis partibus, atque adeò cum ipsa oratione cõiungatur materialiter, τὸ ἄνθρωπος, hæc dictio homo, τὸ γυνὴ, hæc dictio mulier, τὸ λέγω hoc uerbum dico, τὸ Σωκράτης διαλέγεται, hæc oratio, Socrates disputat. Itaque sic tanquam neutra erunt omnia, & indeclinabilia. Proinde articulum ὅς, si cum accusatiuo nominis implicetur, necesse est non ex præcedenti nomine solùm, uerùm etiam ex eo quod cum ipso coniunctũ sit, altero uerbo proferri. Ἄνδρα μοι ἔννεπε μοῦσα πολύτροπον ὃς μάλα πολλὰ πλάγχθη, Virum dic mihi Musa multorum mores scientẽ, qui multum errauit. est autem transitio à persona in personam. Quòd si rectus recto iungatur, ad eandem personam utrunque uerbum referetur, ἧκεν ἀνὴρ ὃς ἐπέστελλεν, uenit uir qui literas mittebat. Si uerò duo sint obliqui, uel ad alteram personam transitio fieri potest, ut τὸν ἄνθρωπον, ὃν ἐλεῶ, τρέφω, hominẽ cuius misereor, alo. uel per reciprocationẽ, ἐμαυ-

τὸν ὃν

VERVM non quemadmodum relatiua, sic etiam demonstratiua pro antecedẽtibus nominibus sumũtur, sed pro hisquæ demõstratiue proferri non possunt. Est autẽ proprium etiam pronominis, secundũ diuersas uoces diuersas ostẽdere personas tertias. Nam uerba una uoce pluribus etiã tertijs conueniunt personis. Dicimus itaque γράφει Σωκράτης ἢ Καλλίας, ἢ ὅστις οὖν. scribit Socrates uel Callias, uel quiuis alius. sed non idem etiam fit in pronomine. Definiuntur autem pronominum personæ, non sola præsentium demonstratione, sed etiam relatione & commemoratione absentium. Quare etiam ab Aristarcho dictum est, cognata esse personis pronomina. Definiuntur enim eodem modo in omni persona, uel demonstratione, uel relatione, cùm uerba in tertia persona infinita sint, nisi sicui præcipua quædã sit actio, ut βροντᾷ tonat, ἀστράπτει fulgurat, & ὕει pluit. Deus enim intelligẽdus est, qui hæc scilicet agit. nam tertia certe persona, ne in his quidem ualde finita est. Et in uniuersum ut nomina, sic etiam pronomina cum uerbis in omni casu construuntur. Et in rectis quidem casibus intransitiuè, ut οὗτος τρέχει, hic currit. In obliquis uerò transitiuè, τούτου φείδομαι, huius misereor, τούτῳ χαρίζομαι, huic gratificor, τοῦτον ἐπαινῶ, hunc laudo: nisi uerba absoluta sint ac solitaria, ut ζῶ uiuo, πλουτῶ diues sum, ὑγιαίνω ualeo.

EXPLANATIO.

ἼΔΙΟΝ γὰρ δὴ τῶν ἀντωνυμιῶν.) Proprium uerò est pronominis diuersis uocibus diuersas personas significare tertias, idq; definite, propter demonstrationem, quæ rem sub oculos ponit, uel relationem quæ in memoriã redigit. ut οὗτος personam significat tertiam finitã, quæ propius demonstratur. ἐκεῖνος etiã finita est personæ tertiæ, quæ longè demonstratur. Differunt enim hæc duo τῷ διαστήματι τῆς δείξεως. Cæterùm αὐτὸς relatiuum certam refert personam antecedentem. At tertiæ personæ uerborum infinitæ sunt. nam λέγει, γράφει, & similes non definitæ dicũtur de Socrate, uel Platone, uel alio quopiam: sed de quouis infinite. ὅθεν δὴ καὶ τῷ Ἀριστάρχῳ εἴρηται.) Itaque Aristarchus pronomina in personis coniugata dixit. de hac re Apollonius scribit libro secũdo, πῶς οὖν οὐκ εὐήθεις οἱ περὶ ἄβρωνα καταδραμόντες Ἀριστάρχου,

χυ, ὡς ἐ δέοντως φαμλὺ κατὰ πρόσωπα συζύγους τὰς ἀντωνυμίας. *Hoc autem propterea dixit Aristarchus, quia omne pronomen certam finitamq; personam significat, uel relatione, uel demonstratione, ut dictum est. ob quam similitudinem inter se* σύζυγα *dicuntur, cùm uerba hac ratione sint* ἀσύζυγα. *Nam prima quidē & secunda persona uerbi finita est: tertia uerò plane infinita. quod Apollonius eleganter expressit his uerbis,* ἐκεῖνο ἦν ἀντωνυμία, ἡ μετὰ δείξεως ἢ ἀναφορᾶς ἀντωνομαζόμενον, ᾧ οὐ σύνεστι τὸ ἄρθρον. ἰδίως γοῦν ἡ δεῖξις, καὶ ὁ ὁρισμὸς τῶν προσώπων ἄχρι τρίτου δῆλα. καὶ τὰ ἀναφερόμενα ὁρίζονται, καθ' ὃ τὰ πρόσωπα ἐγνώσθη. καὶ δεικνύμεναι, καθ' ὃ τὰ πρόσωπα ὑπ' ὄψιν ἐστί. καὶ τοῦτό ἐστιν ἡ συζυγία τῶν προσώπων. τὰ γὰρ ῥήματα ἀσύζυγα. ὁριζόμενα γὰρ κατὰ πρῶτον, καὶ δεύτερον, ἀοριστοῦται κατὰ τὸ τρίτον. τὸ ἀστράπτει, καὶ τῶν τοιούτων ἀπεσπασμένων. καθ' ὃ ἡ ἰδιωτικὴ ἐνέργεια ἐξαιρέτως τῷ δὲ ἀναπέμπεται. Εἰ μή τῳ ἐξαίρετόν τι.) *id est* εἰ μή τινι ῥήματι ἐξαίρετός τις ἐνέργεια συμβαίνει. *nisi si cui uerbo præcipuus contingat actus ad aliquē unum proprie pertinēs, ut* τὸ βροντᾷ, τὸ ἀστράπτει, *& cætera quæ exceptæ actionis uulgò dicuntur, propria sunt Dei. Itaque horum tertiæ personæ* βροντᾷ, ἀστράπτει *de solo Deo enunciantur, siue Ioue, ut uult Apollonius.* Ἐπὶ τοῦ τρίτου.) *Significat ne in his quidē uerbis satis per se finitam esse tertiam personam, sed eum, cui horū actio tribuitur.* Καθόλου δὲ ὥσπερ τὰ ὀνόματα.) *Superior ratio cōstructionis pronominum præcipua est: nunc docet communem, cum uerbis construi pronomina nominatiuo casu* ἀμεταβάτως: *obliquis uerò casibus* μεταβατικῶς *sicut nomina.* Ἢν μὴ τὰ ῥήματα ἀπόλυτα ἅπτα καὶ ἄσχετα.) *Nisi absoluta & abstracta ab obliquis casibus uerba sint. Sic diuus Dionysius iunxit,* ἄσχετον καὶ ἀπόλυτον ἔκστασιν *dicēs, mentis abstractionē ab omnibus cōcretis.*

ΔΙΑΚΡΙΤΙΚΟΝ.

ΠΡΟΣΤΙΘΕΜΕΝ δὲ τὴν εὐθεῖαν τοῖς ῥήμασι πολλαχοῦ, οὐχ' ὡς μὴ ἐνούσης δυνάμει καὶ νοουμένην. ἀλλ' ἤτοι πλείονος ἐνδείξεως ἕνεκα, ἢ διαστολῆς. διακριτικώτατη γάρ ἐστι προσώπων ἡ ἀντωνυμία. ἄλλως τε χωρὶς συνδεσμου προσλαμβάνεται ὧδε. σὺ μὲν ἐδίδασκες τὰ γράμματα, ἐγὼ δὲ ἐφοίτων.

DISCRETIVVM.

ADDIMVS autem rectum uerbis plerunque, non quo non insit potestate & intelligatur, sed uel maioris significationis causa, uel discre

tionis. Distinguit enim maxime personas pronomen, præsertim si etiam coniunctio adhibeatur, hoc modo, σὺ μὲν ἐδίδασκες τὰ γράμματα, ἐγὼ δὲ ἐφοίτων. tu quidem docebas literas, ego uerò ueniebã ad ludum.

EXPLANATIO.

ΠΡΟΣΤΙΘΕΜΕΝ δὲ τὴν εὐθεῖαν.) de duobus primitiuis loquitur ἐγὼ & σὺ, quæ licet in uerbis insint, sæpenumero tamen expressa uerbis præponuntur, uel significantiæ causa, uel differentiæ, ut supà dictum est. τῶν μὲν οὖν πρωτοτύπων αἱ εὐθεῖαι πρὸς ἀντιδιαστολὴν αἰεὶ ἐπ' ὀρθῶν λαμβάνονται. Σὺ μὲν ἐδίδασκες.) τὰ γράμματα non legitur in manuscripto codice, id quod Theodori laconismo conuenit.

ΣΥΝΘΕΤΟΙ.

ΤΩΝ δὲ συνθέτων χρῆσις μὲν ὥσπερ εἴρηται, ἐπὰν τὸ αὐτὸ πρόσωπον ἐνεργῇ τε καὶ πάσχῃ. ἐνδέχεται δὲ ἐπὶ τοῦ ἐνεργοῦντος αὐτοῦ ἐπιστρέφειν, ἢ ἐπί τι τῶν αὐτοῦ, ὥσπερ ἀντανακλωμένη. σώζω ἐμαυτὸν, σώζω τὰ ἐμαυτοῦ. ἔστι δὲ φάναι, καὶ τὰ ἐμαυτοῦ ἐμὲ σώζει. ὥστε διχῶς ἡ περὶ τὸ αὐτοπαθὲς κτητικὴ σύνταξις, ἤτοι ἀπὸ τοῦ κεκτημένου ἐπὶ τὸ κτῆμα, ἢ ἀνάπαλιν ἔνθα δὴ καὶ μεταλαμβάνειν ἔξεστιν ὄνομα ἰσοδυναμοῦν. οἷον, τὸ ἴδιον, ἢ οἰκεῖον, ἢ τοιοῦτό τι. Σωκράτης τὸν ἑαυτοῦ παῖδα παιδεύει. καὶ τὸν ἴδιον παῖδα. πρός τε αὐτῷ τῷ ὀνόματι καὶ τὴν γενικὴν τοῦ συνθέτου συντάσσειν. ἀφίημι κληρονόμον τὸν ἴδιον ἐμαυτοῦ παῖδα. φιλεῖ πᾶς ὁστισοῦν τὸν ἴδιον ἑαυτοῦ υἱόν. ὁμήρου ἴδιον τὸ βιβλίον. τῇ ἰδίᾳ τοῦ λέγοντος ἐπιμελείᾳ. κοινὸν δὲ τ' αὐτὸ τοῦτο καὶ πρὸς τὰς κτητικάς. οἷον, σὺ ἄρα οὐκ εἶ ὦ Σώκρατες καὶ τοῦτο γνῶναι τοῦ πάντα τὰ δίκαια ἐν ἡμῖν εἰδότος, καὶ τὸν ἐμὸν μὲν αὐτοῦ τοῦ ταλαιπώρου βίον. τὸ δ' ἐμὲ αὐτὸν ὠφελεῖ, ἐπιτατικῶς λέγεται πρὸς τὸ ἐμὲ ὠφελεῖ ἀπολελυμένον. ὅτι δὲ τὸ σύνθετον ἐπὶ μόνων τῶν ἑνικῶν, διὰ τοῦτο τῇ ἀναφορικῇ συντάσσοντες, ταῖς ἁπλαῖς χρώμεθα ὁμοιοπτώτως ἐπί τε δυϊκοῦ καὶ πληθυντικοῦ. οἷον, νῶϊ αὐτὼ ὠφελοῦμεν. νῶϊν αὐτοῖν ἁπτόμεθα. σφῶϊ αὐτὼ ὠφελεῖτον. οὐκ ἔτι δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ τρίτου ὁμοίως. κἀπὶ τῶν πληθυντικῶν δὲ ὡσαύτως ἡμῶν αὐτῶν, ἡμῖν αὐτοῖς, ἡμᾶς αὐτούς. σφῶν αὐτῶν, σφίσιν αὐτοῖς, σφᾶς αὐτούς. ἔστι γε μὴν πληθύνοντι λέγειν, καὶ ἑαυτῶν, ἑαυτοῖς, ἑαυτοὺς κοινῇ ἐπὶ πάντων προσώπων, ἑαυτοὺς ὠφελοῦμεν, ὠφελεῖτε, ὠφελοῦσιν. οὐκ ἔτι δὲ καὶ ἑαυτὸν ὠφελῶ, ἢ ὠφελεῖς. διελέγχεται γάρ τοι ἀκαταλλήλως ἔχον ἀντὶ τοῦ ἐμαυτὸν, ἢ σαυτὸν, ὡς εἴρηται.

COMPO-

COMPOSITA.

CAETERVM compositis utimur (ut dictum est) quando eadem persona agit & patitur. Horum autem unumquodque in ipsam personam agentem retorquetur, uel in eius rem quampiam, tanquam refractum, ut σώζω ἐμαυτὸν, seruo meipsum, σώζω τὰ ἐμαυτοῦ, seruo mea ipsius. licet autem etiam dicere, τὰ ἐμαυτοῦ ἐμὲ σώζει, mea ipsius me seruant. Itaque duplex est in possessiua reciprocatione cõstructionis ratio. Nam uel à possessore in possessionem, uel contrà fit transitio, ubi etiam transmuendo substituere licet nomẽ idem ualens, nempe ἴδιον propriũ, uel οἰκεῖον, uel eiusmodi aliquod. Σωκράτης τὸν ἑαυτοῦ παῖδα παιδεύει, Socrates suum ipsius filium instituit, & τὸν ἴδιον παῖδα, propriũ filium. Licet item præter ipsum nomen, etiam genitiuum compositi pronominis adiũgere, ἀφίημι κληρονόμον τὸν ἴδιον ἐμαυτοῦ παῖδα, relinquo hæredem proprium meum ipsius filium. φιλεῖ πᾶς ἕκαστος τὸν ἴδιον ἑαυτοῦ υἱὸν, amat unusquisque proprium suum ipsius filium. ὁμήρου ἴδιον τὸ βιβλίον, Homeri proprius liber. τῇ ἰδίᾳ τοῦ λέγοντος ἐπιμελείᾳ, propria loquentis cura. Est autem idem hoc ipsis commune cum possessiuis, ut σὸν ἄρα ἐστὶν ὦ Σώκρατες καὶ τοῦτο γνῶναι τοῦ πάντα τὰ δίκαια ἐν ἡμῖν εἰδότος, καὶ τὸν ἐμὸν μὲν αὐτοῦ τοῦ ταλαιπώρου βίον. tuum igitur est, ô Socrates etiam hoc cognoscere, omnia iusta inter nos cognoscentis, & meam ipsius miseri uitam. Nam ἐμὲ αὐτὸν ὠφελεῖ, meipsum iuuat, intentionem significat, cum ἐμὲ ὠφελεῖ, me iuuat absoluto cõparatum. Cæterùm, quia compositum singulariter solum profertur, iccirco cum relatiuo coniungimus simplicia, hisq́; utimur in eodem casu tam in duali quàm in plurali numero, ut νῶϊ αὐτὼ ὠφελοῦμεν, νῶϊ αὐτοῖν ἀπτόμεθα, σφῶϊ αὐτὼ ὠφελεῖτον. nos ipsos iuuamus, nosipsos lædimus nos ipsos iuuatis. Verùm, in tertia persona non item. Et in plurali eodem modo, ἡμῶν αὐτῶν, ἡμῖν αὐτοῖς, ἡμᾶς αὐτοὺς, nostrum ipsorum, nobis ipsis, nos ipsos. σφῶν αὐτῶν, σφίσιν αὐτοῖς, σφᾶς αὐτοὺς, sui ipsorum, sibiipsis, seipsos. Licet tamen etiam in plurali dicere, ἑαυτῶν, ἑαυτοῖς, ἑαυτοὺς, communiter de omnibus personis, ἑαυτοὺς ὠφελοῦμεν, ὠφελεῖτε, ὠφελοῦσιν, nos ipsos iuuamus, uos ipsos iuuatis, seipsos iuuant. Verùm non item, ἑαυτὸν ὠφελῶ, aut ὠφελεῖς. Conuincitur enim incongruum esse ab ἐμαυτὸν, uel σεαυτὸν, sicut dictum est.

EXPLANATIO.

ΠΣΓΕΡ. εἴρηται.) *suprà* αὐτοπάθεια. ἑκάστη δὲ ὧδε τὸ ἀντωνυμ.

αὐτοῦ ἐπιστρέφει ἢ ἐπί τι τῶν αὐτοῦ.) Id est ἐπὶ τὸ κτῆμα αὐτοῦ τοῦ κτήτορος τοῦ ἀνθρώπου, ut τὸν ἐμαυτοῦ δοῦλον τύπτω. Addit igitur nunc id quod suprà omiserat, locum etiam esse cõpositis pronominibus, ubi à possessore agente fit transitus in possessionem, uel contrà à possessione in possessorem, ut τὰ ἐμαυτοῦ ἐμὲ σώζει. ut duobus omnino modis fiat reciprocatio in possessionis significatione. ὥσπερ εἰ ἀντανακλωμένη.) Quia in reciprocatione tanquam refringitur actus in personam agentem. Similitudo ducta est à corporibus, quæ in se refringũtur. Hinc dicuntur ἀντωνυμίαι ἀντανάκλαστοι, id est ἰδιοπαθεῖς. Reliqua pronomina ἀλλοπαθῆ dicta sunt. Πρός τι αὐτῷ τῷ ὀνόματι καὶ τὴν γενικὴν τοῦ συνθέτου συντάσσειν.) subaudi ἔξεστι. licet adiungere genitiuum compositi pronominis, uel etiam nominis, uel participij. Κοινὸν δὲ τ' αὐτὸ ἐστί.) τὴν γενικὴν συντάσσειν δηλονότι. Πρὸς τὰς κτητικάς.) ἀντωνυμίας. Omnibus possessiuis pronominibus etiã addi potest genitiuus, ut σὸν ἔστιν εἰδότος, Ex Gorgia Platonis. Ἐπιτατικῶς λέγεται πρὸς τὸ ἐμὲ ὠφελεῖ.) Causa significantiæ & intentionis dicitur comparatum cum ἐμὲ ὠφελεῖ, quod absolutum est, neque intentionem significat. πρὸς præpositio χρόνον, καὶ λόγον σημαίνει. Τῇ ἀναφορικῇ.) αὐτός, αὐτή, αὐτό. Οὐκ ἔτι δὲ καὶ ἐπὶ τρίτου ὁμοίως.) Neque enim in duali dicitur σφὶ αὐτώ, σφὶν αὐτοῖν. Οὐκ ἔστι δὲ καὶ ἑαυτὸν ὠφελῶ ἢ ὠφελεῖς.) quia reprehenditur ab ἐμαυτὸν ὠφελῶ, uel σεαυτὸν ὠφελεῖς, ut dictum est suprà: tametsi contrarium docet Budæus. Ὡς εἴρηται.) Suprà περὶ λόγου συντάξεως καταλλήλου.

ἈΛΛΗΛΟΠΑΘΕΈΣ.

ΠΑΡΑΠΛΗΣΊΑ δέπως τούτοις, ἡ ἡ τοῦ ἀλλήλων σύνταξις. δι' αὐτοπάθειαν γὰρ τοῦ ὅλου ἀθροίσματος καὶ ταῦτα ἐπὶ τῇ συμπλεκομένων λαμβάνοντες λέγομεν, ἀλλήλους ὠφελοῦμεν, ὠφελεῖτε, ὠφελοῦσιν. ὅτι γε μὴν οὐ τὰ μέρη καθ' ἕκαστον ὑφ' ἑαυτῆς πάσχει, ἀλλ' ὑφ' ἑτέρου ἀμοιβαδὸν, προσαγορευέσθω ἡμῖν μὴ αὐτοπαθὲς τὸ τοιοῦτο, ἀλλ' ἀλληλοπαθές. δῆλον δ' ἄρα καὶ ὡς αἱ τοιαῦται ἀντωνυμίαι ῥήματα οὐκ ἂν ἐπιδέχοιντο παθητικά. τὸ γε αὐτοπαθὲς ἐνέργεια τοῦ εἰς ἑαυτὸν ἐνεργοῦντός ἐστιν, ὡς εἴρηται.

MVTVA PASSIO.

HIS autem similis est quodammodo constructio dictionis ἀλλήλων. nam propter reciprocationem uniuersæ collectionis, hæc etiam in complexu orationis ponẽtes dicimus ἀλλήλους ὠφελοῦμεν, ὠφελεῖτε, ὠφελοῦσι,

λοῦσι,

λῶσι, inuicem iuuamus, iuuatis, iuuant. Quoniam uerò non partes singulæ à seipsis patiuntur, sed aliæ ab alijs mutuò, appelletur à nobis istud non reciprocatio, sed mutua passio. Itaque perspicuum est talia pronomina uerba non admittere passiua. Reciprocatio enim est actio in seipsum agentis, sicut dictum est.

EXPLANATIO.

ΚΑΙ' ἡ τῶ ἀλλήλε.) γράφεται ἀλλήλων, *& recte. Nam hoc nomen in genitiuo, datiuo, & accusatiuo pluralibus tantùm in usu est, licet in cõpositione singulare sit. Docet autem differre* τ ἀλληλοπαθὲς *&* αὐτοπαθὲς, *quod in* αὐτοπαθείᾳ *eadem persona agit in seipsam, & patitur à seipsa. In* ἀλληλοπαθείᾳ *uerò, id est mutua passione, licet eadem persona agat & patiatur, nõ tamẽ agit in seipsam, & à seipsa patitur, sed cùm plures personæ intelligũtur, aliæ in alias agunt mutuò: unde necesse est etiam alias ab alijs pati.* Δι' ἀντιπάθειαν.) *ob reciprocationem enim totius collectionis, etiam hæc connectẽtes & coniungentes dicimus. Sic suprà* συμπλοκλὼ λόγον *dixit, ex nominatiuo & uerbo orationis contextum. Est autem sensus: quia, si totum colligas, & semel consideres, quod in se agere & pati significat, est* ἀντοπάθεια, *iccirco quemadmodum* ἐν αὐτοπαθείᾳ *dicitur,* ἑαυτοὺς ὠφελοῦμεν, ὠφελεῖτε, ὠφελοῦσιν, *ita hoc loco propter rei similitudinem, similis quoq; fuerit cõstructionis ratio, ut dicamus* ἀλλήλους ὠφελοῦμεν, ὠφελεῖτε, ὠφελοῦσι. *Nam si totum dissoluas, reperiẽtur plures personæ, quæ in se agant mutuò, & patiantur, & hactenus non erit* ἀντιπάθεια. *Apollonius libro primo scribit hoc nomen significare* διαβατικὴν προσώπων παράθεσιν, *quia in una uoce duo casus intelliguntur, rectus & obliquus, ut* ἀλλήλων, ἄλλοι ἄλλων: ἀλλήλοις, ἄλλοι ἄλλοις: ἀλλήλους, ἄλλοι ἄλλους.

Δῆλον δ' ἄρα καὶ ὡς αἱ τοιαῦται ἀντωνυμίαι.) *Cõposita scilicet pronomina, & quod pronomina imitatur,* ἀλλήλων *nomen.*

ΠΕΡῚ ΠΡΟΘΈΣΕΩΣ.

Ἔτι δὲ προκειμένη λέξις πάντων τῶν τοῦ λόγου μερῶν καὶ διὰ τοῦτο πρόθεσις ὀνομαζομένη, διήρηται μὲν πρότερον. ἐνταῦθα δὲ ὅπως συντάξεται θεωρῶμεν προτίθεται μὲν οὖν τῶν τοῦ λόγου μερῶν, ἢ κατὰ σύνθεσιν, ἢ κατὰ παράθεσιν. συνθέτως μὲν γὰρ τὸ σύνοικος, πάροικος, ἔποικος, μέτοικος. παραθέτως δὲ, τὸ ἐπὶ τὴν ἀτικήν. ἢ κατὰ τὸ

Ἀττικῆς. ταύτην δὲ τὴν ἐκ παραθέσεως σύνταξιν δηλοῦν βούλονται, καὶ οἱ προστίθεσθαι λέγοντες ἔν τε συνθέσει καὶ συντάξει. Ἐοίκασι δ' αἱ προθέσεις συνδεσμικῆς συντάξεως γινόμεναι παρεμφαντικαί. ὅθεν καὶ τοῖς Στωϊκοῖς προθετικοὶ σύνδεσμοι ἐκαλοῦντο. τὸ γὰρ, διὰ τί λυπῇ, τὸ ἕνεκα τίνος λυπῇ παρεμφαίνει. καὶ τὸ ἐκ ῥαθυμίας, τὸ ἕνεκα ῥαθυμίας. οὐ δήπου οὖν ἀπεμφαῖνον, εἰ καὶ τὸ ὅτι παραδεξάμενον τὴν διὰ ἢ κατὰ σύνταξιν ἐπέχει συνδεσμικήν. τοῖς γε μὴν ῥήμασιν αἰεὶ κατὰ σύνθεσιν αἱ προθέσεις. οἷον καταγράφω, καὶ προκαλοῦμαι. ἔνδοθέν τε ἡ κλίσις κατέγραφον, εἴ τι τοῦ ἁπλοῦ διάφορον δηλοῦσται ἐκ τῆς συνθέσεως. εἰ γὰρ μηδέν τι πλέον, ἔξωθεν ἡ κλίσις, καθάπερ καὶ τοῖς ἁπλοῖς, καθεύδω, ἐκάθευδον, καθέζομαι, ἐκαθεζόμην. πρόθεσις δὲ κατὰ παράθεσιν σὺν εὐθείᾳ, ἢ κλητικῇ οὐδέποτε τάξεται. συντάσσεται δὲ ταῖς πλαγίαις ὧδε.

DE PRAEPOSITIONE.

CAETERVM dictio quæ præponitur omnibus orationis partibus, ob idq; præpositio nominatur, diuisa est suprà. hìc autem quemadmodū construatur, consideremus. Præponitur itaque partibus orationis, aut per compositionem, aut per appositionem. Cōpositionis enim est σύνοικος *contubernalis,* πάροικος *aduena,* ἔποικος *colonus,* μέτοικος *inquilinus. Appositionis autem,* ὡς ἐπὶ τὴν Ἀττικὴν *in Atticam, uel* κατὰ τῆς Ἀττικῆς *de Attica. Atque hanc ex appositione constructionem significare uolunt ij qui præpositionem dicunt tum in compositione, tum in constructione præponi. Videntur autem præpositiones coniunctionum constructionem interpretari: unde etiam à Stoicis præpositiuæ coniunctiones uocabantur. nam* διὰ τί λυπῇ *significat* ἕνεκα τίνος λυπῇ, *quare doles? &* ἐκ ῥαθυμίας, ἕνεκα ῥαθυμίας, *propter socordiā. Non est igitur absurdum, quòd* ὅτι *coniunctio assumpta præpositione* διὰ, *uel* κατὰ, *constructionem obtineat coniunctionū. Verbis autem per compositionem semper iunguntur præpositiones, ut* καταγράφω *describo, &* προκαλοῦμαι *prouoco: declinatioq; intrinsecus procedit, ut* κατέγραφον *describebā, si quid à simplici diuersum ex compositione significetur. Nam si nihil diuersum significetur, extrinsecus declinari uerbum debet instar simplicium,* καθεύδω, ἐκάθευδον, *dormio dormiebam,* καθέζομαι ἐκαθεζόμην *sedeo sedebam. Quod autem ad appositionē attinet, præpositio cum recto aut uocatiuo nunquam construetur, sed cum obliquis ad huncmodum.*

EXPLA-

EXPLANATIO.

PRAEPOSITIO quia superioribus partibus natura posterior est, iccirco post eas tractatur. quibus tamen tum per appositionem, tum per compositionem præponitur, ex quo nomen sortita est. Διῄρηται μὲν πρότερον.) Libro primo, περὶ θέσεως δὲ ἡ μὲν μονοσύλλαβος, ἡ δὲ δισύλλαβος. Ἔστι συνθέσει καὶ συντάξει.) συντάξει enim dicũt pro παραθέσει, quæ fit in cõstructione. Ἐοίκασι δὲ αἱ προθέσεις.) hic locus totus est ex Apollonij libro quarto descriptus. Propterea Stoici præpositiones uocabant coniunctiones præpositiuas, quia idem cum illis significare uidētur præpositæ cæteris partibus. Priscianus tamen Stoicos refellit. Ἕνεκα coniunctio est causalis. Σύνταξιν ἐπέχει συνδέσμου αἰτιολογικοῦ.) Sic enim fiunt διότι & καθότι αἰτιολογικοί. Veteres hoc modo distinguebant, δι' ὅτι & καθ' ὅτι. de quibus uide Apollonium libro quarto cap. quinto.

ἘΝ.

Ἡ μὲν ἐν, ἀεὶ δοτικῇ, ἐν οἴκῳ, ἐν ἀγορᾷ. τὸ δ' ἐν ᾅδου καὶ ἐν διδασκάλου, ἐλλειπτικῶς. δεῖ δ' κάνταῦθ' ὑπονοεῖν τὴν τόπῳ ἢ οἴκῳ δοτικήν.

ἘΝ.

ἘΝ quidem semper cum datiuo, ἐν οἴκῳ in domo, ἐν ἀγορᾷ in foro. Quod autem dicitur, ἐν ᾅδου, in orci, & ἐν διδασκάλου in præceptoris, per defectum dicitur. Est enim hic præterea intelligendus datiuus τόπῳ loco, & οἴκῳ domo.

EXPLANATIO.

PRIMVM de monosyllabis, deinde de dissyllabis scribit. Ἐν ἀγορᾷ.) γράφεται, ἐν οἴκῳ, ἐν ἀγρῷ. Cõstructio ἐλλειπτικὴ cum genitiuo est Attica, sicut in præpositione εἰς.

ΕἸΣ.

Ἡ δὲ εἰς ἀεὶ αἰτιατικῇ, εἰς ἐκκλησίαν, εἰς ἀγοράν. τὸ δὲ εἰς ᾅδου, καὶ εἰς διδασκάλου ἐλλειπτικῶς, ὡς καὶ ὑπὸ τὸ ἐν. ἀλλὰ γὰρ ὑπὸ μὲν ἀψύχων τῇ εἰς, ὑπὸ δ' ἐμψύχων τῇ πρὸς μάλιστά γε χρηστέον. πορεύομαι εἰς ἀγοράν. πέμπω τὸ χρυσίον πρὸς σέ. ἰδιώτερον δὲ τῇ μὲν εἰς ὑπὸ ἐπαίνου καὶ διαφορᾶς. τῇ δὲ πρὸς, τὸ ἀνάπαλιν. ἀδιώκειν μὲν γὰρ εἰς τὸν ἄρχοντα φαμέν. καὶ ὕμνους εἰς Ἀπόλλωνα. πολεμεῖ δὲ πρὸς ὁμόρους. καθ' ἣν δὴ ἔννοιαν καὶ τῇ εἰς ἐστὶν ὅτε χρηστέον. ἡ γνωμονική ἐστιν εἰς ἡμᾶς.

ΕἸΣ.

ΕἸΣ uerò semper cum accusatiuo, εἰς ἐκκλησίαν, in concionem, εἰς ἀγο-

ἀγρὸν, in forum. Caeterùm εἰς ᾅδου, & εἰς διδασκάλου, per defectum dicitur, sicut etiam in ἐν dictum est. Proinde in rebus quidem inanimatis praepositione εἰς: in animatis uerò πρὸς maximè utendũ est. πορεύομαι εἰς ἀγορὰν, eo in forum, πέμπω τὸ χρυσίον πρὸς σὲ mitto aurum ad te. Praeterea εἰς propriè utimur in laude & relatione, πρὸς autem contrario modo. Dicimus enim, ἀνήνεγκε εἰς τὸν ἄρχοντα, retulit ad praetorẽ, & ὕμνους εἰς Ἀπόλλωνα hymnos in Apollinem. Sed πολεμεῖ πρὸς ὁμόρους, belligerat cum finitimis. quam in sententiam etiam εἰς est quandoq; utendum, ut ἠγνωμονήκασιν εἰς ἡμᾶς, ingrati fuerant in nos.

EXPLANATIO.

ΜΆΛΙΣΤΑ΄ κ χρυσίον.) non in uniuersum. Euripides in Hecuba, ὅς μ' ὑπεξέπεμψε Τρωικῆς χθονὸς Πολυμήστορος πρὸς δῶμα θρηκίου ξένου. & Homer. Πρὸς ῥα πλατάνιστον ὀρούσεν. ἀντὶ τοῦ εἰς τὴν πλάτανον ὥρμησεν. Τῷ δὲ πρὸς τὸ ἀνάπαλιν.) Vsurpatur interdũ etiã πρὸς ἐπὶ διαφορᾶς. apud Herodianũ, Πρὸς τὴν σύγκλητον ταῦτα ἀνεγνώσθη. Praeterea εἰς in diuisione, ut τὸ ὂν διαιρεῖται εἰς οὐσίαν, καὶ εἰς συμβεβηκός.

ἘΞ.

Ἡ δὲ ἐξ, ἀεὶ γενικῇ. ἐξ Ἀττικῆς, ἐκ Μεγάρων.

ἘΞ.

CAETERVM ἐξ semper cum genitiuo, ἐξ Ἀττικῆς, ex Attica, ἐκ Μεγάρων, ex Megaris.

EXPLANATIO.

Ἡ δὲ ἐξ.) ἐξ sequente uocali, & ἐκ sequente consonante dicitur, ἐξ οὐρανοῦ ἐπέβλεψεν ὁ κύριος, & ἐκ τῆς οὐρανοῦ ἐδέξω τὴν θείαν χάριν. significat motũ de loco, & αἰτίαν, id est causam propter quam, & materiam, ut ἐκ τῶν τεσσάρων στοιχείων τὰ σώματα. &, ἐξ ὕλης ἡ δὲ ἡ κύλιξ. Praeterea ὕστερον siue μετὰ ταῦτα. Sophocles, Ἐκ τῶν δὲ δράσω ταῦτα χρὴ κλύειν ἐμοῦ.

ΣΥΝ.

Ἡ δὲ σὺν, ἀεὶ δοτικῇ. σὺν θεῷ, σὺν λόγῳ.

ΣΥΝ.

ΣΥΝ semper cum datiuo, σὺν θεῷ, cum Deo, σὺν λόγῳ, cum ratione.

ΠΡΟ΄Σ.

Ἡ δὲ πρὸς, γενικῇ, καὶ δοτικῇ, καὶ αἰτιατικῇ. γενικῇ μὲν ὅταν τὴν ἐκ τόπου πρὸς σὲ κίνησιν σημαίνῃ. πρὸς θεοῦ τἀγαθά. ἢ τὰ ἄστηται ἐπὶ ὅρκου. ἱκετεύω πρὸς θεοῦ. ἢ τὸ ἐναντίον δηλοῖ. Πρός τε θεῶν μακάρων, πρός τε θνη-

τὴν ἀνθρώπων. ἢ τὸ καθῆκον. οὐ πρὸς ἰατροῦ σοφοῦ θροεῖν ἐπῳδάς. δοτικῇ δὲ ὅταν τὸ ἐγγύς τι καὶ παρακείμενον. οἷον, πρὸς τοῖς ποσίν. αἰτιατικῇ δὲ, ὅταν κίνησιν πρὸς ἔμψυχον μάλιστά τι, καὶ ὡς ἄλλως δὴ εἴρηται. καὶ ἔτι ὅταν, ἢ σχέσιν τινά, καὶ λόγον. ὡς τὰ δύο πρὸς τὰ τέσσαρα, οὕτω καὶ τὰ τέσσαρα πρὸς τὰ ὀκτώ. ἢ παράδειγμα. ᾄδει πρὸς αὐλόν.

ΠΡΌΣ.

ΠΡΌΣ *autem cum genitiuo, datiuo, & accusatiuo. Genitiuo quidem, quando significat motum à persona,* πρὸς θεοῦ τ' ἀγαθά, *à Deo bona: aut cum adhibetur in iureiurando,* ἥκω πρὸς θεοῦ, *uenit per Deum. aut cum corã significat,* πρός τε θεῶν μακάρων πρός τε θνητῶν ἀνθρώπων, *coram dijs beatis, coramq; mortalibus hominibus: aut officium,* οὐ πρὸς ἰατροῦ σοφοῦ θροεῖν ἐπῳδάς, *nõ est docti medici incantare Cum datiuo autem, quando propè esse & adiacere significat, ut* πρὸς τοῖς ποσίν, *ad pedes. Et accusatiuo, quãdo significat motum ad rem quampiam, animatam maxime, & ut praeterea iam dictũ est. Item, quando uel habitudinem aliquam & rationem significat,* ὡς τὰ δύο πρὸς τὰ τέσσαρα, οὕτω καὶ τὰ τέσσαρα πρὸς τὰ ὀκτώ, *ut duo ad quatuor, sic etiam quatuor ad octo,: uel exemplum,* ᾄδει πρὸς αὐλόν, *canit ad tibiam.*

EXPLANATIO.

ΠΡΌΣ τε θεῶν μακάρων.) *Homerus.* τῷ δ' αὐτῷ μάρτυροι ἔστων, πρός τε θεῶν μακάρων πρός τε θνητῶν ἀνθρώπων. *id est,* ἐνώπιόν τε θεῶν, *& caetera.* οὐ πρὸς ἰατροῦ σοφοῦ θροεῖν ἐπῳδάς.) *Sophocles in Aiace. ubi scribitur etiam* θρηνεῖν. *Significat etiam interdum* ἴδιον, *ut* ἐπιστήμη πρὸς ἔργων. *Interdũ* παρέλκει, *ut apud Sophoclem,* πρὸς γὰρ κακοῦ τε καὶ βαρυψύχου, γόους τοιούσδ' ἀεί ποτ' ἀνδρὸς ἐξηγεῖτ' ἔχειν. *id est* τὸν τοιούσδε γόους ἰδίους ἐξηγεῖτο δειλοῦ, & βαρυψύχου. *Sic ubicũque subintelligitur* ἴδιον, *potest poni haec praepositio ita ut redũdet.* οἷον πρὸς τοῖς ποσίν.) *Sic Euripides,* αὐτὸς δὲ βωμῷ πρὸς θεοδμήτῳ πιτνεῖ. *Significat etiam* σὺν *datiuo iuncta, ut* πρὸς τῷ πεσσεύεσθαι καὶ τῷ κυβεύειν ἀπατᾶσθαι. ἀντὶ τοῦ σὺν τῷ πεσσεύεσθαι. *Significat itẽ* σχέσιν ἔν τινι, *ut* γίγνομαι πρὸς τῷδε. Ὡς ἄλλως δὴ εἴρηται.) *In praepositione* εἰς.

ΠΡΌ.

Ἡ δὲ πρό, ἀεὶ γενικῇ. πρὸ τῶν θυρῶν. πρὸ τοῦ χρόνου.

ΠΡΌ.

ΠΡΌ *semper cum genitiuo,* πρὸ τῶν θυρῶν, *pro foribus,* πρὸ τοῦ χρόνου, *ante tempus.*

ἈΝΆ.

Ἡ δὲ ἀνὰ, ἀεὶ αἰτιατικῇ. ἀνάτ' ἔντεα καὶ μέλαν αἷμα.

ἈΝΆ.

ἈΝᾺ *semper cum accusatiuo,* ἀνάτ' ἔντεα, καὶ μέλαν αἷμα, *perq́; arma & atrum sanguinem.*

EXPLANATIO.

ἈΕῚ αἰτιατικῇ.) *Alij etiã nomini* μέσον *iunctam, interdũ cum genitiuo cõstrui docẽt, ut* ἀνὰ μέσων τῶν ὀρέων διελθόντα ὕδατα. *Accusatiuus frequentissimus est,* ἀνὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην, ἀνὰ ὅλον τὸν χρόνον, ἀνὰ μέσον τὸν στρατὸν, ἀνὰ μέσην τὴν πόλιν. *Significat preterea* θέσιν ἔν τινι, *ut* Τέσσαρές εἰσιν ἀγῶνες ἀν' Ἕλλαδα. *id est,* ἐν Ἑλλάδι.

ΚΑΤΆ.

Ἡ δὲ κατὰ γενικῇ καὶ αἰτιατικῇ. γενικῇ μὲν ἐπὶ καταφορᾶς καὶ κατηγορίας. κατὰ Αἰσχίνου λόγος. καὶ ὅταν τὸ ἐπάνω καὶ περί τι, ἢ περί του δηλοῖ. κατὰ γῆς κάθημαι. κατ' ἀνθρώπου τὸ ζῶον. τὸ δὲ κατ' οὐλύμποιο καρήνων, ἀντὶ τοῦ ἀπό. αἰτιατικῇ δὲ, ὅταν τὸ παραβαλλόμενόν τι καὶ ὅμοιον. οἷον, καθ' Ὅμηρον. καὶ κατὰ νοῦν προχωρεῖ. ἢ τὸ περί τι καὶ ἔν τινι. καθ' ὁδὸν ταῦτα ἐποίουν, καὶ ἔμενον κατὰ χώραν. ἢ χρόνον, ὁ καθ' ἡμᾶς γενόμενος ἀνὴρ ἔνδοξος.

ΚΑΤΆ.

ΚΑΤᾺ *uerò cum genitiuo & accusatiuo. Genitiuo quidem, quando significat impressionem & accusationem, ut* κατ' Αἰσχίνου λόγος, *cõtra Aeschinem oratio. Et quando super, & circa aliquid, uel de aliquo significat,* κατὰ γῆς κάθημαι, *super terram sedeo,* κατ' ἀνθρώπου τὸ ζῶον *de homine animal. Illud uerò* κατ' ὀλύμποιο καρήνων *ab olympi uerticibus, pro* ἀπό *accipi debet. Cum accusatiuo uerò, quãdo comparationem uel similitudinem significat, ut* καθ' Ὅμηρον, *secũdum Homerum. &* κατὰ νοῦν προχωρεῖ, *ex animi sententia procedit. Aut circa aliquid, & in aliquo,* καθ' ὁδὸν ταῦτα ἐποίουν, *in uia hæc faciebant, &* ἔμενον κατὰ χώραν, *loco se non mouebant. Aut tempus,* ὁ καθ' ἡμᾶς γενόμενος ἀνὴρ ἔνδοξος, *nostra memoria qui fuit uir clarus.*

EXPLANATIO.

ἘΠῚ καταφορᾶς.) *In impetu & impressione* παρὰ καταφέρεσθαι, *quod significat impetum & uehementem allisionem,* καταφέρομαι τοῦ ἐχθροῦ. Τὸ ζῶον.) κατηγορεῖται δηλονότι. Κατ' οὐλύμποιο.) *Homerus Iliad. β.* Βῆ δὲ κατ' οὐλύμποιο καρήνων ἀΐξασα. Κατ' Ὅμηρον.) *Sic*

κατ' ἐμὲ

κατ' ἐμὲ κεχηνώς, pro ἴσος ἐμοὶ κεχηνώς. Significat etiam κίνησιν εἰς τὸ κάτω, motũ deorsum. ut φέρεταί τις κατὰ κρημνῶν, & κατὰ σπλάγχνων ἦλθε τὸ ξίφος. Et interdum τὸ κάτω sine motu, ut καθ' ᾅδου ἐστὶ, hoc est κάτω ἐν ᾅδῃ.

ΔΙΑ΄.

Η δὲ διὰ, γενικῇ μὲν ἐνέργειάν τινα, ἢ τὸ μέσον δηλοῦσα. διὰ σοῦ ταῦτα ἂν ἄμεινον γένοιτο. καὶ ἐπορευόμην δι' ἀγορᾶς. αἰτιατικῇ δὲ αἰτίαν. διὰ σὲ ταῦτα γράφω. ὅμηρος δὲ καὶ τὸ μέσον αἰτιατικῇ ἐνίοτε φράζει. διά τ' ἔντεα καὶ μέλαν αἷμα.

ΔΙΑ΄.

ΔΙΑ΄ uerò cum genitiuo functionẽ quandam, uel medium significans, ut διὰ σοῦ ταῦτα ἂν ἄμεινον γένοιτο, per te hæc melius fierent. Et, ἐπορευόμην δι' ἀγορᾶς, ibam per forum. Cum accusatiuo autẽ, dum causam significat, διὰ σὲ ταῦτα γράφω, propter te hæc scribo. Homerus tamen etiam medium accusatiuo interdum effert, διά τ' ἔντεα καὶ μέλαν αἷμα, perq; arma & atrum sanguinem.

EXPLANATIO.

ΔΙΑ΄ τ' ἔντεα.) Iliad. κ. τούσγε δ' ἐνδίνων διά τ' ἔντεα καὶ μέλαν αἷμα.

ΜΕΤΑ΄.

Η δὲ μετὰ, γενικῇ μὲν τὸ ὁμοῦ σημαίνουσα. ἡδὺς μετὰ φίλων ὁ βίος. τὸ δὲ, μετὰ τετάτοισιν ἄνασσε, ποιητικόν. αἰτιατικῇ δὲ τὸ ὕστερον. μετὰ τὴν ἑορτήν. καὶ, πλάτων μετὰ σωκράτην.

ΜΕΤΑ΄.

ΜΕΤΑ΄ cum genitiuo quidem, quãdo ὁμοῦ significat, ut ἡδὺς μετὰ φίλων ὁ βίος, dulcis cum amicis uita. Illud autẽ, μετὰ τετάτοισιν ἄνασσε, usque ad tertiam ætatem regnauit, poëticum est. Sed cum accusatiuo, quando significat post, μετὰ τὴν ἑορτήν, post festum, & πλάτων μετὰ σωκράτην, Plato post Socratem.

EXPLANATIO.

ΤΟ ὁμοῦ σημαίνουσα.) Id est ὅτι ἀντὶ ἐνάκως λέγεται. Μετὰ τετάτοισιν ἄνασσε.) Homerus Iliad. α. ἀντὶ τοῦ σὺν τετάτοισιν.

ΠΑΡΑ΄.

Η δὲ παρὰ, γενικῇ μὲν τὴν ἀπὸ προσώπου σημαίνουσα κίνησιν. οἷον, παρὰ θεοῦ τ' ἀγαθά. ἡ μὲν γὰρ ἀπὸ καὶ ἐκ τῇ ἀπὸ τόπου μάλιστα κινήσει οἰκεῖαι. ἡ δὲ παρὰ καὶ πρὸς, τῇ ἀπὸ προσώπου. δοτικῇ δὲ στάσιν καὶ οὐ

ἐγγύς, παρ' ἐμοὶ διατρίβει. αἰτιατικῇ δέ, κίνησιν ἐπί τι, παρὰ σὲ ἔρχομαι. ἢ τὸ διότι, παρὰ τὸ ἀδικεῖν ἡ τιμωρία. ἢ τὸ ἔξω σκοποῦ καὶ ἐπαγγελίας, οἷον, παρὰ γνώμην συμβαίνει.

ΠΑΡΑ'.

ΠΑΡΑ' *cum genitiuo motum à persona significans, ut* παρὰ θεοῦ τ' ἀγαθά, *à Deo bona. Nam* ἀπὸ *&* ἐξ *motui à loco maxime conueniunt:* παρὰ *uerò &* πρὸς *motui à persona. Cæterùm cum datiuo, statum aut uicinitatem significat,* παρ' ἐμοὶ διατρίβει, *apud me moratur. Sed cum accusatiuo motũ ad aliquid,* παρά σε ἔρχομαι, *ad te uenio. Aut propter quid,* παρὰ τὸ ἀδικεῖν ἡ τιμωρία, *propter iniuriã supplicium. Aut extra scopum & promissum, ut* παρὰ γνώμην συμβαίνει, *præter opinionem accidit.*

EXPLANATIO.

Ἡ μὲν γὰρ ἀπὸ καὶ ἐκ τῇ ἀπὸ τόπου μάλιστα κινήσει οἰκεῖαι.) γράφ. τῇ ἀπὸ τόπου κινήσει μάλιστα οἰκεῖαι. *Est autem diligẽter animaduertendum id quod docet* ἀπό, *&* ἐκ *motum de loco,* παρὰ *autem &* πρὸς *motum à persona potissimum significare.* Παρ' ἐμοὶ διατρίβει.) παρά σοί ἐστι τὸ τύπτεσθαι καὶ τὸ μὴ τύπτεσθαι, *id est,* ἐν σοί ἐστι. Παρὰ γνώμην συμβαίνει.) παρὰ τὸν νόμον πράττεις, *pro* ἔξω τοῦ νόμου.

ἈΝΤΙ'.

Ἡ ἀντὶ ἀεὶ γενικῇ. ἀντὶ πολλῶν, ἀνθ' ἑνός.

ἈΝΤΙ'.

ἈΝΤΙ' *semper cũ genitiuo,* ἀντὶ πολλῶν, *pro multis,* ἀνθ' ἑνός *pro uno.*

ἘΠΙ'.

Ἡ δ' ἐπὶ γενικῇ καὶ δοτικῇ καὶ αἰτιατικῇ. γενικῇ μὲν χρόνον δηλοῦσα. ἐπὶ ἄρχοντος Ἀθήνησι Πυθοδώρου. ἢ τὸ ὡσεί τι καὶ ἔν τινι. ἐπὶ πολλῶν μάθοι τις ἂν τὰ λεγόμενα. ἢ τὸ ἐπάνω. τὰ τετράποδα ἐπὶ γῆς. δοτικῇ δὲ αἰτιολογοῦσα τὸ οὗ ἕνεκα. οἷον, ἐπὶ ἀγαθῷ πάντα ἐποίει. ἢ δύναμιν καὶ αὐτεξουσιότητα δηλοῦσα. ἐπὶ τῷ βασιλεῖ τὰ τῶν ὑπηκόων. ἢ τὸ ὕστερόν τι, καὶ δευτερόχωτον. ἐπὶ τούτοις πολλὰ ἕτερα διεξῄει. ἢ τὸ ἐπάνω. ἐπὶ κρηπῖδι ὁ τοῖχος ἕστηκεν ἰσχυρᾷ. αἰτιατικῇ δὲ κίνησίν τινα λέγουσα. ἐπὶ τὴν ἀττικὴν ἐπορεύετο. καὶ γενικῇ δὲ τ' αὐτὸ τοῦτο ἔσθ' ὅτε δηλοῖ, ἐπὶ οἴκου, καὶ ἐπὶ τῆς χώρας. ὀρθῶς μέν, καὶ Ἀττικῶς, οὐ κατὰ πολλὴν δέ τινα χρῆσιν.

ἘΠΙ'.

CAETERVM ἐπὶ *cum genitiuo, datiuo, & accusatiuo. Genitiuo quidem*

tiuo quidem tempus significans, ἐπὶ ἄρχοντος Ἀθήνησι Πυθοδώρου, *Archonte Athenis Pythodoro. Vel circa aliquid, & in aliquo,* ἐπὶ πολλῶν μάθοι τίς ἂν τὰ λεγόμενα, *in multis poterit quispiã ea quæ dicũtur cognoscere. Item dum super significat,* τὰ τετράποδα ἐπὶ γῆς, *quadrupedes super terram. Et datiuo, cum causam significat finalẽ,* ἐπὶ ἀγαθῷ πάντα ἐποίει, *propter bonum omnia faciebat. Aut potestatem arbitriũq;,* ἐπὶ τῷ βασιλεῖ τὰ τῶν ὑπηκόων, *in arbitrio regis sunt res subditorum. Aut post ac secundũ,* ἐπὶ τούτοις πολλὰ ἕτερα διῄει, *secundum hæc multa narrabat alia. Item cùm super significat,* ἐπὶ κρηπῖδι ὁ τοῖχος ἕστηκεν ἰσχυρός, *super fundamentum murus stat ualidum. Præterea cum accusatiuo motum aliquem denotans,* ἐπὶ τὴν Ἀττικὴν ἐπορεύετο, *in Atticam ibat. Cæterum cum genitiuo hoc idem interdum significat,* ἐπὶ οἴκου *in domum, &* ἐπὶ τῆς χώρας *in regionẽ. Rectè quidem & Atticè, sed non admodum usitate.*

EXPLANATIO.

THVCYDIDES *libro secundo cum genitiuo iunxit,* ταῦτα δὲ ποιήσαντες ἐπ' οἴκου ἀνεχώρησαν. *Et rursus,* κατελθεῖν ἐπ' οἴκου ἀπῆλθον ἕκαστοι.

ΠΕΡΊ.

Ἡ δὲ περί, γενικῇ μὲν αἰτιολογοῦσα. περὶ προθέσεως γράφω. τὸ δὲ περὶ τῷ δεδοικέναι, μονάδικον. αἰτιατικῇ δὲ τὸ κύκλῳ σημαίνουσα καὶ περιποιητικόν, ἢ συστατικόν. οἷον, περὶ τὴν πόλιν τὸ στράτευμα. τὸ δ', ἐρωήσει περὶ δουρί, καὶ περὶ πύργῳ, ποιητικά.

ΠΕΡΊ.

ΠΕΡὶ *autem cum genitiuo causam designans, ut* περὶ προθέσεως γράφω, *de præpositione scribo. Illud uerò* περὶ τῷ δεδοικέναι, *cuipiam timere, singulare est. sed cum accusatiuo circum significans, & acquisitionem uel comitatum siue contubernium, ut* περὶ τὴν πόλιν τὸ στράτευμα *circum urbem exercitus. Verùm illud,* ἐρωήσει περὶ δουρί *fluet circum hastam, &* περὶ πύργῳ, *circum turrim, poëtica sunt.*

EXPLANATIO.

ΓΕΝΙΚῇ μὲν αἰτιολογοῦσα.) τὸν σὺ πρώην κτεῖνας ἀμυνόμενον περὶ πάτρης Ἕκτορα. *Iliad. ω. Significat etiã* ὑπέρ. *Iliad. α.* ὅς περὶ τῶν πάντων, *id est,* ὑπὲρ πάντας ἀνθρώπους. Τὸ δὲ περὶ τῷ δεδοικέναι, μονάδικον.) *apud Homerum,* δείδια περὶ ξανθῷ Μενελάῳ. *Hoc propterea dicit esse* μονάδικον, *quia cum solis uerbis significantibus metum*

ita cõstrui potest hæc præpositio, cuiusmodi sunt δέδοικα, φοβοῦμαι, δειλιῶ, δειλαίνω. Τὸ δὲ κύκλῳ σημαίνει.) *id est* τὴν κύκλῳ χώραν, *ut* περὶ τὴν πόλιν τὸ στράτευμα. *huc enim maxime referri debet exemplum.* Καὶ περιποιητικόν.) *id est* περιποίησιν, *acquisitionem*, ἢ συστατικὸν, *hoc est* σύστασιν. *Est autem* σύστασις φιλία, ὁμόνοια, συνοίκησις, *amicitia, consensio, conuictus, & consuetudo, authore Suida,* ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ἵππων τῶν ὁμοῦ ἱσταμένων, τῶν συντρόφων. *Quare* ἵνα τῶν περὶ αὐτὸν σωματοφυλάκων, *&* ἵνα τῶν περὶ Ἀντίγονον *dicentes, partim acquisitionem, partim familiaritatem & consuetudinẽ significamus, siue contubernium. Budæus comitatem, siue sodalitatem dixit. Cæterùm* οἱ περὶ Ἀντίγονον, *modò singularem hominẽ significat, id est ipse Antigonus, modò eius hominis comitatum.* Τὸ δὲ ἐρώωσι περὶ δουρί.) *Iliad. α. id est* ῥεύσει ἐν δόρατι.

ἈΜΦΙ'.

Ἡ δὲ ἀμφὶ, ὡς ὁμοιόσημος ἔτι καὶ ὁμοιοσύντακτος τῇ περὶ, συνηθεστέρα μέν τοι γε ἡ περί.

ἈΜΦΙ'.

Ἀμφὶ uerò, ut eiusdem significationis est, sic eiusdem constructionis cum περὶ, *usitatior tamen est* περί.

EXPLANATIO.

Ἡ δὲ ἀμφὶ ὡς ὁμοιόσημος τ.) γραφ. ὡς ὁμοιόσημος τε καὶ ὁμοιοσύντακτος τῇ περί. *quia similiter cum accusatiuo construitur, non tamen cum genitiuo, & datiuo, Magno Basilio authore. Hoc itẽ differunt, quòd* περὶ *sit magis communis linguæ, &* ἀμφὶ *magis poetica.*

ἈΠΟ'.

Ἡ δὲ ἀπὸ ἀεὶ γενικῇ. ἀπὸ δικαίου, ἀφ᾽ ἑτέρου.

ἈΠΟ'.

Ἀπὸ semper cum genitiuo, ἀπὸ δικαίου, *à iusto,* ἀφ᾽ ἑτέρου *ab altero.*

ὙΠΟ'.

Ἡ δὲ ὑπὸ, γενικῇ αἰτιολογοῦσα τὸ ποιητικόν. οὐδὲ ὑπὸ πενίας εὐεργετῶ. καὶ ἔτι τὸ ὑποκάτω σημαίνει. ὑφ᾽ ἵματος κρύπτοντα χεῖρα. ὃ δὴ καὶ δοτικῇ καὶ αἰτιατικῇ συντασσομένη δηλοῖ. ὑπὸ δένδρον, καὶ ὑπὸ δένδρῳ.

ὙΠΟ'.

Ὑπὸ cum genitiuo causam significans efficientem. οὐδὲ ὑπὸ πενίας εὐεργετῶ, *neque præ paupertate benefacio. Præterea, cùm sub significat,*

ficat, ὑφ᾽ ἱμάτιον κρύπτοντα χεῖρα, *sub ueste occultantem manum. Quod etiam cum datiuo & accusatiuo iuncta significat,* ὑπὸ δένδρον *subter arborem, &* ὑπὸ δένδρῳ, *sub arbore.*

ΥΠΕΡ.

Η δὲ ὑπὲρ, γενικῇ μὲν ἐπὶ βοηθείας. οἷον, ὑπὲρ Κτησιφῶντος ὁ λόγος. καὶ αἰτιολογίας ὁμοίως τῇ περί. ὑπὲρ ὧν εἶπον, πάλιν ἐρῶ. καὶ ὅταν τὸ ἐπάνω δηλοῖ. ὑπὲρ καπνοῦ τίθησι τὸ πηδάλιον. αἰτιατικῇ δὲ τὸ πλεῖόν τι, καὶ ἐπέκεινα, καὶ ὅλως ὑπερκείμενον ἀναφέρεται. οἷον, ὑπὲρ ἄνθρωπον, τί ἐστιν ὁ θεὸς, εἰδέναι.

ΥΠΕΡ.

ΥΠΕΡ *uerò cũ genitiuo quidẽ auxiliũ significãs, ut* ὑπὲρ Κτησιφῶντος ὁ λόγος, *pro Ctesiphonte oratio. Et causam sicut* περί. ὑπὲρ ὧν εἶπον, πάλιν ἐρῶ, *de quibus dixi, iterũ dicam. Item, quãdo suprà significat,* ὑπὲρ καπνοῦ τίθησι τὸ πηδάλιον, *fumo superimponit clauũ. Cũ accusatiuo uerò plus & ultra & omnino excessum significat, ut* ὑπὲρ ἄνθρωπον, τί ἐστιν ὁ θεὸς εἰδέναι, *supra hominẽ est, quid sit Deus cognoscere.*

EXPLANATIO.

ΕΠΙ βοηθείας καὶ αἰτιολογίας.) βοήθειαι καὶ αἰτιολογίαι σημαίνουσι. Τὸ ἐπάνω.) τὴν ἐπάνω θέσιν, *ut* ὑπὲρ καπνοῦ τίθησι τὸ πηδάλιον, *id est suspensum clauum explorat fumo. Hoc exemplo utitur etiã Priscianus ex Hesiodi lib. II.* ἔργα καὶ ἡμέραι, ὅπλα δ᾽ ἐπάρμενα πάντα τεῷ ἐνὶ κάτθεο οἴκῳ, εὐκόσμως στολίσας νηὸς πτερὰ ποντοπόροιο, πηδάλιον δ᾽ εὐεργὲς ὑπὲρ καπνοῦ κρεμάσασθαι. *Et rursus,* Αἶψα κε πηδάλιον μὲν ὑπὲρ καπνοῦ καταθεῖο, ἔργα βοῶν δ᾽ ἀπόλοιτο, καὶ ἡμιόνων ταλαεργῶν. *Citatur etiam à Plutarcho in conuiuio septem sapientũ,* πῶς οὖν οὐκ ἐν τῷ Ἡσιόδῳ τὸ πηδάλιον ὑπὲρ καπνοῦ κείμενον, ἔργα βοῶν δ᾽ ἀπόλοιτο, καὶ ἡμιόνων ταλαεργῶν, εἰ τοσαύτης δεήσει παρασκευῆς. Οἷον, ὑπὲρ ἄνθρωπον τί ἐστιν ὁ θεός.) γράφ. ὑπὲρ ἀνθρώπινόν τι, τί ἐστιν ὁ θεὸς εἰδέναι.

ΣΥΝΘΕΣΙΣ.

ΣΥΝΤΕΘΕΙΣΑΙ δὲ τοῖς ῥήμασιν αἱ προθέσεις, τὴν ἰδίαν ἔτι φυλάττουσι σημασίαν, ἀπαιτοῦσι τὴν αὐτὴν πτῶσιν, ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν, ἅπτομαι. κατηγορῶ σοῦ. ἀφίστημί σου. ὑπερέχω σου. παραινῶ σοι. ὅτι μὴ ἐπὶ τῶν κτητικῶν, καὶ περιποιητικῶν. ἐμφοροῦμαι, ἐντρυφῶ, καὶ παραπολαύω σου. καὶ παρατίθημί σοι. ἡ γὰρ μὲν γὰρ συντεθεῖσα καὶ ἐπιτείνει ὁμοιοτρόπως. κατὰ διὰ πάντα. καταπεῖθέ μοι. καὶ ταῦτα μέν τοι,

καὶ ἔτι ὡς σύνθετον οὕτω προφέροιτο ἕτερον, μὴ δὲ τοῦ προθετικοῦ ἰδιώματος ἀφαιρεῖσθαι, οὐδὲν ἂν κωλύοι. κατειπεῖν οὖν ἑτέρου, καὶ κατεσθίειν, καὶ καθορᾶν. καλείσθω δὲ τὸ μὲν προθετικὸν, τὸ δὲ ῥηματικόν.

COMPOSITIO.

COMPOSITAE autem cum uerbis præpositiones, si propriã retineant significationem, omnes (ut in genere dicam) postulant suum casum. κατηγορῶ σου, accuso te, ἀφίσταμαί σου, à te discedo, ὑπερέχω σου, supero te, παραινῶ σοι, admoneo te: nisi in possessiuis & acquisitiuis, ἐμφοροῦμαι impleor, ἐντρυφῶ oblector, & παραπολαύω σου, fruor te, & περιτίθημί σοι, tribuo tibi. Sed κατὰ in compositione etiam significationem intendit manente eodem casu, κατεσθίει πάντα, deuorat omnia, κατεῖπέ μοι, dixit mihi. Sed hæc, & si quid præterea quemadmodum compositum est, ita ut diuersum proferatur, quo minus ius amittãt præpositionis proprium, nihil obstabit. Dicimus igitur κατειπεῖν ἑτέρου accusare alterum, & κατεσθίειν deuorare, & καθορᾶν intueri: uocetur'q; illud quidem genus constructionis præpositiuũ, hoc autẽ uerbale.

EXPLANATIO.

ὅτι μὴ ἐπὶ τῶν κτητικῶν καὶ περιποιητικῶν.) Quia possessiua genitiuum, acquisitiua datiuum semper habent, præpositione non mutante constructionem, ut suprà uisum est in capite κτητικῶς. dicitur itaque ἐμφοροῦμαι σιτοῦ, οἴνου, ὄψου. ἐντρυφῶ τῇ σῶν χαρισμάτων χύσει. παραπολαύω σου, κτητικῶς. & περιποιητικῶς, περιτίθημί σοι. Ἡ μὲν κατὰ συντεθεῖσα, καὶ ἐπιτείνει ὁμοιοτρόπως.) id est πλέονα ἔμφασιν δηλοῖ, seruato eodem casu non præpositionis, sed uerbi, ut ex κατεῖπέ μοι exemplo liquet. ex quo intelligitur, ne in altero quidẽ exemplo accusatiuum ex præpositione pẽdere. Est igitur sensus, κατὰ etiam in compositione uerbi significationem intendit, manente uerbi casu. Κατειπεῖν ἑτέρου.) Præpositione retinente casum suum ἐν ὑπερβιβασμῷ, quia retinet significationem suam. nam per appositionem quoque dicimus εἰπεῖν κατὰ ἑτέρου. sic καταλαλεῖται Ἀπολλωνίου, quia κατὰ Ἀπολλωνίου λαλεῖται dicimus. περιδραμεῖν τὸν καμπτῆρα, προσειπεῖν Τρύφωνα, ἀποδραμεῖν Ἀλεξανδρίας, & alia id genus multa, in quibus præpositio retinẽs suam significationem in compositione, retinet etiã suum casum. Id tamen non ubique obseruatur, ut προσλαλῶ Τρύφωνι, cum λαλῶ πρὸς Τρύφωνα dicatur. προσέρχομαι Ἀπολλωνίῳ, ἔρχομαι πρὸς Ἀπολλώνιον. Cæterùm κατεσθίειν, & καθορᾶν ἅπαντα, & similia ca-

sum suum habent, non præpositionis, quia significatio præpositionis in his non omnino seruatur, etiamsi uerbi significatio intendatur. Καλείσθω δὲ τὸ μὲν προθετικὸν, τὸ δὲ ῥηματικόν.) *Vocetur autem altera cōstructio præpositiua, in qua uidelicet præpositio casum habet suum in compositione, ut cū dicimus* κατειπεῖν ἑτέρου. *Et altera uerbalis, in qua non præpositionis, sed uerbi casus proprius seruatur, ut* κατιδεῖν ἅπαντα καὶ καθορᾶν.

ἈΝΑΣΤΡΟΦΗ.

ἈΝΑΣΤΡΕΦΟΝΤΑΙ δὲ αἱ μὲν μονοσύλλαβοι ἐπὶ πλεῖστον τῶν ἐπῶν, ὡς ἐπὶ τῶν ὁμηρικῶν ἐκείνων, ὃν μὲν βικανὸς ἄξεται, οὐδὲ κακῶν ἔξ. καὶ, ἦλθεν ἀργυρότοξος Ἀρτέμιδι ξύν. τῶν δὲ δισυλλάβων αἱ μὲν δίχρονοι ἐστὶ τοῖς πεζοῖς καὶ ἐν τοῖς ἐμμέτροις. πλὴν τῆς διὰ, καὶ ἀνὰ, ἵνα μὴ συνεμπέσῃ, ἡ μὲν τῇ Δία αἰτιατικῇ, ἡ δὲ τῇ ἄνα κλητικῇ. ὦ ἄνα λητοῦς υἱέ. ὀρθοτονεῖσθαι ἡ ἐπὶ τῆς παραληγούσης ὀξεῖα τάσει ἀνάγκη. αἱ δὲ τρίχρονοι, οὔ. οἷον, ἥτε ἀντὶ, καὶ ἡ ἀμφὶ, ὅθεν οὐδὲ αἱ διὰ τὸ ι πλεονάζουσαι. οἷον καταί, παραί, ὑπαί, ἅτε δὴ γενόμεναι τρίχρονοι. ἡ δὲ ἐν προσλαβοῦσα τὸ ι. καὶ γινομένη ἐνὶ, καὶ δισυλλαβήσασα, καὶ διχρονήσασα ἀναστρέφεται. οἷον ἡμετέρῳ ἔνι οἴκῳ. καὶ ᾧ ἔνι κούρη κοιμᾶται. Ἐνίοτε δὲ καὶ αἱ δισύλλαβοι διχρονοῦσαι, ὅμως οὐκ ἀναστρέφονται. οἷον, Ἰθάκην κατακοιρανέουσι. καὶ, ἄμφι δὲ Πατρόκλῳ περικείμενοι. Εἰ δὲ μεταξὺ δυοῖν ὀνομάτων ἡ πρόθεσις, τοῦ μὲν κυρίου, τοῦ δὲ προσηγορικοῦ, ἢ ἐπιθέτου, ἀναστρέφειν δεῖ, ἵνα τοῦ ὅλου προσηκήσηται λόγου. οἷον, ποταμοῦ ἄπο σελλήεντος. καὶ ξάνθῳ ἔπι δινήεντι. ὡσαύτως δὲ κἂν μεταξὺ κυρίων δυεῖν, ἢ προσηγορικῶν κέηται, συνδέσμου μετὰ τὴν πρόθεσιν ἐπιφερομένου. οἷον νηῶν ἄπο, καὶ κλισιάων, Ἀγαμέμνονος πέρι καὶ Ἀχιλλέως. κἂν μεταξὺ μὲν ἐμπίπτῃ, καὶ μηδὲν ἕτερον μέρος λόγου μεσοσυλλαβῇ, ὑποτάττηται δὲ οὐ πρὸ ἑκατέρων προηγεῖσθαι, ἀναστρέφεται ἔτι. οἷον, ᾧ ἔπι πόλλ' ἐμόγησα. Ἰθάκῃ ἔνι οἰκία ναίων. θεῶν ἄπο μήδεα εἰδώς. ἐὰν δὲ μεταξὺ προθέσεως καὶ τοῦ ῥήματος, ἢ τοῦ ὀνόματος πρὸς ὃ ἡ πρόθεσις, μέρος λόγου ἕτερον παρεμπίπτῃ, οὐκ ἀναστρέφεται. τὸ δ' ἐπὶ Τυδείδης ὦρτο. Εἰ μέντοι ἐπὶ τέλει τοῦ ἔπους, καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, ἐν στιγμῇ νοήματος, ἀναστρέφεται, καὶ μεσοσυλλαβοῦντός τινος. πάντων δ' ἔπνευσε πολὺ κάτα. καὶ αἱ πάθουσαι δὲ ἔκθλιψιν τοῦ φωνήεντος οὐκ ἀναστρέφονται. εἰ μὴ στιγμὴ ἐπιφέροιτό τις, ἢ τὸ σημαινόμενον διαφθείροιτο μὴ ἀναστρεφομένης, ὡς ἐπὶ τοῦ, σεῦτο ἡ Ἡφαίστοιο πάρ' οἰσομένη ὅπλα. Ποιοῦνται μὲν οὖν κατὰ τὰς προθέσεις ἐνίοτε στι-

ζουσι, λογογράφοι δ' οὔ, ὅτι μὴ ἐπὶ τῷ πρός. ταύτην γὰρ μόνον καὶ πρὸ στιγμῆς τὰ πλεῖστα ἐῶσιν. ὥστε, καὶ μικρόν τι πρός. ἔνιοι δὲ καὶ κατ' ἔλλειψιν προθέσεως λέγεσθαι τὰ τοιαῦτά φασι. βοῶν σῖτον ὠνοῦμαι. ἐνδεῖ τὴν διά. πλοῦς ἐν λόγοις, ἐνδεῖ τὴν κατά. ἡδὺ τῇ φυτῇ ἀναπνεῖ. καὶ δρέπομαι τῶν ἀνθέων. καὶ πίνω τοῦ ὕδατος, καὶ κρεμῶ σε τοῦ ποδός. ἐνδεῖ τὴν ἀπό.

ANASTROPHE.

ΤΩ͂Ν οὖν ἐπὶ πολὺ ἐκφερομένων τὴν ἑρμηνείαν συμπλεκόντων, καὶ διὰ τοῦτο συμπλεκτικῶν καλουμένων, ὁ μὲν καὶ προτάσσεται τῆς λέξεως, ὁ δέ τε ἐπιφέρεται ἐγκλινόμενος, θεοί τε, καὶ ἀνέρες. καὶ οὕτω τοι ἀλλήλοις συντάσσονται, ὥς τε τόν τε προηγεῖσθαι τοῦ καί. ἀρκτικὸς δὲ ὑπάρχων ὁ καί, δεῖ πάντως καὶ ἕτερον καὶ ἐπιφέρεσθαι, ἤτοι ῥῆμα συμπλέκοντα ῥήματι, ἢ ὀνόματι, ὅπως ἔτυχε συντασσόμενος ὁ πρῶτος. εἰ γάρ τις λέγοι, καὶ περιπατεῖ Σωκράτης, ἐπιφέροι ἂν ἐξ ἀνάγκης, καὶ διαλέγεται, ἢ τοιοῦτό τι. εἰ δέ, καὶ Σωκράτης γράφει λέγοι, ἐποίσει δήπου, καὶ Πλάτων, ἢ ἄλλος τις. Καθόλου γάρ τοι ἡγούμενος ὁ συμπλεκτικός, ἢ ὁ διαζευκτικός, ὅμοιον ἀπαιτεῖ μέρος, ἤτοι πτωτικόν, ἢ ἄπτωτον. καὶ εἰ μὲν πτωτικόν, τὴν αὐτὴν πτῶσιν. εἰ δὲ ἄπτωτον, τὴν αὐτὴν ἔγκλισιν, ἀλλ' οὐκ ἐξ ἀνάγκης. οἷον, καὶ γράφω, καὶ νοῶ. ἢ γράφω, ἢ νοῶ. καὶ ὁ ἐμὸς δοῦλος, καὶ ὁ σός. Καὶ ἔξεστι δὲ ἐπὶ τῆς αὐτῆς συντάξεως συνάπτειν ἀρθρικὰς εὐθείας ταῖς γενικαῖς. οἷον ἄριστα τὰ ὁμηρικὰ ἔπη, καὶ τὰ Ἡσιόδου. Διαφερούσης δὲ τῆς ἐγκλίσεως, τὸ αὐτὸ ῥῆμα φυλάττεσθαί γε ἀνάγκη. οἷον, καὶ γράφω, καὶ γράφοιμι. καὶ ἔλεγες, καὶ λέγε. Τῆς αὐτῆς δὲ οὔσης, διάφορα κεῖται τὰ ῥήματα. καὶ περιπατῶ, καὶ διαλέγομαι. καὶ πτώσεις δὲ τὰς αὐτὰς ἀπαιτοῦσιν οἵ τε συμπλεκτικοί, καὶ διαζευκτικοί, ἡγούμενοί τε, καὶ μεταξὺ τιθέμενοι, ἐπὰν πρὸς τὸ αὐτὸ ἀναφέρονται ῥῆμα. οἷον, καὶ ἐγὼ καὶ σὺ γράφομεν. ἢ ἐμοῦ, ἢ σοῦ φείδεται. ὁ δὲ μέν, λέξεως μὲν οὐδαμοῦ ἀρκτικός, λόγου δέ. ὁ δέ τοι δὲ ἐπιτακτικὸς ὤν, καὶ λόγου καὶ λέξεως ἐπακολουθητικός ἐστι τοῦ μέν. ἄλλοι μὲν ῥα θεοὶ εὗδον παννύχιοι, Δία δ' οὐκ ἔχε νήδυμος ὕπνος. τυγχάνει δ' ὁ αὐτὸς καὶ μεταβατικὸς ὤν, ὡς δι' αὐτοῦ γινομένων τῶν τε εἰς νόημα καὶ διήγημα μεταβάσεων. ὁ δ' ἀτὰρ καὶ αὐτὰρ ἀρκτικοί. καίτοι γε δὲ ἰσοδυναμοῦντες, Αὐτὰρ ἐπεὶ πόσιος καὶ ἐδητύος ἐξ ἔρον ἕντο. αὐτὰρ οὔτι μοι ἐνθάδε βίον. ὁ δ' ἀλλὰ ἐστὶν ἐπιτακτικός. Τυδεὺς μικρὸς μὲν ἔην δέμας, ἀλλὰ μαχητής. ὥστ' εἴη ἂν καὶ τοῦ μὲν ἐπακολουθητικὸς δὴ καὶ οὗτος. ὁ δὲ ἠμὲν καὶ ἠδὲ ἀρκτικοί. ἀλλ' ὁ μὲν ἠμὲν λόγου, καὶ λέξεως, ὁ δὲ ἠδὲ λέξεως μόνης, τῶν δὲ ἠμὲν ἐπακολουθῶν. ἠμὲν ὅσοι ναίουσιν οὐρανόν, ἠδ' ὅσοι

κληρώσεως χώρα. ποικιλικὸν δέ γε οὖν.οἷος δὴ καὶ ὁ οὖν,ἀρκτικὸς λόγου καὶ αὐτὸς ἐστ.οὖν ὅγ' ὡς ἐπεὶ κατ' ἄρ ἴζεν.

COPVLATIVA.

ITAQVE ex ijs quæ longiorem orationem copulant,ob idq; copulatiuæ nominantur,καὶ quidem præponitur dictionibus, τε uerò postponitur inclinata,θεοί τε καὶ ἄνδρες, dijq; & uiri. Et ita inter se construuntur,ut τε præcedat,καὶ sequatur. Quòd si καὶ in principio ponatur,omnino etiam alterum καὶ sequatur oportet,quod uel uerbum cum uerbo coniungat,uel nomen cum nomine,prout ordinatũ fuerit prius. Si quis enim dicat,καὶ περιπατεῖ Σωκράτης,inferat necesse est, καὶ διαλέγεται,aut eiusmodi aliquid. Si uerò dicat,καὶ Σωκράτης γράφει, inferet continuò καὶ Πλάτων,uel alius quispiam. In uniuersum enim si præcedat copulatiua coniunctio,uel disiunctiua,similem postulat partem uel casualem,uel casus expertem. & si casualem, eundem casum. sin expertem casus, eundem modum,non tamen necessariò, ut καὶ γράφω καὶ νοῶ, & scribo & cogito. ἢ γράφω ἢ νοῶ, uel scribo uel cogito. καὶ ὁ ἐμὸς δοῦλος καὶ ὁ σὸς, & meus seruus & tuus. Licet autem in eadem constructione coniũgere rectos articulorum cum genitiuis,ut ἄριστα τὰ Ὁμηρικὰ ἔπη καὶ τὰ Ἡσιόδου, optima Homerica carmina & Hesiodi. Quòd si diuersus sit modus,idem uerbũ seruari necesse est, ut καὶ γράφω καὶ γράφοιμι, & scribo & scriberem. καὶ ἔλεγες καὶ λέγε, & dicebas & dic. Si uerò sit idem modus,diuersa ponuntur uerba,καὶ περιπατῶ καὶ διαλέγομαι, & deambulo & disputo. Casus uerò eosdem postulãt tum copulatiuæ,tum disiunctiuæ, siue in principio ponantur,siue in medio,quando ad idem uerbum referuntur,ut καὶ ἐγὼ καὶ σὺ γράφομεν, & ego & tu scribimus. ἢ ἐμοῦ ἢ σοῦ φείδεται, uel mei,uel tui miseretur. Cæterùm μὲν non primũ locum inter dictiones, sed orationis principium occupat: δὲ uerò,quæ & orationis, & dictionum subiũctiua est,μὲν sequi solet. ἄλλοι μέν ῥα θεοὶ εὗδον παννύχιοι, Δία δ' οὐκ ἔχε νήδυμος ὕπνος. alij quidem dij dormiebant totã noctem, Iouem autẽ non tenebat altus somnus. Estq; eadem coniunctio etiam transitiua: quia per eam in sententia & narratione trãsitus fiũt. Porrò ἀτὰρ & αὐτὰρ in principio ponuntur,licet idem quod δὲ ualeant. Αὐτὰρ ἐπεὶ πόσιος καὶ ἐδητύος ἐξ ἔρον ἕντο, sed ubi potus & cibi cupidinem exemerunt, αὐτὰρ οὐ μοι ἐνθάδε τοῖον, sed nihil mihi hîc tale. Ἀλλὰ uerò postponitur, τυτθὸς μικρὸς μὲν ἔην δέμας, ἀλλὰ μαχητής.

μαχητής, *Tydeus paruo quidem erat corpore, sed pugnax. itaque hæc etiam* μὲν *sequetur. Cæterùm* ἤμὲν *&* ἠδὲ *principiū tenent. Sed* ἤμὲν *orationis & dictionis,* ἠδὲ *uerò dictionis tantùm, sequens* ἤμὲν. ἤμὲν ὅσοι ναίουσιν οὐρανὸν, ἠδ᾽ ὅσοι κλῆρον ἔχουσι χθόνα, *& quicunque incolūt cælum, & quicunque sortiti sunt terram. Sed hæ poeticæ sunt, qualis est etiam* ἤτοι, *quæ ipsa quoque principium tenet orationis,* Ἤτοι ὅγ᾽ ὣς εἰπὼν κατ᾽ ἄρ᾽ ἕζετο, *certè ille sic fatus consedit.*

EXPLANATIO.

POTESTAS ac significatio coniunctionis, siue speciem appellare libet, est multiplex, & ex ea etiam multiplex constructionis ratio. prima species est τῶν συμπλεκτικῶν, *quæ sic dicuntur, quia his utimur ad contexendum & componēdum sermonem, quem extendere uolumus. Ex his* καὶ *præpositiui est ordinis,* τὲ *uerò subiunctiui, & inclinatur, si harum coniunctionum constructionem spectes cum cæteris partibus. nam inter se è contrario sic ordinantur, ut* τε *præcedat,* καὶ *sequatur: quòd si contingat ut* καὶ *orationem incipiat, necesse est alterum* καὶ *etiam consequi.* Θεοί τε καὶ ἀνέρες.) *Exemplum est. Iliad. β.* Ἄλλοι μέν ῥα θεοί τε καὶ ἀνέρες ἱπποκορυσταὶ εὗδον παννύχιοι. Ἀρκτικὸς δ᾽ ὑπάρχων ὁ καί.) ἀντὶ τοῦ, ἀρκτικοῦ δ᾽ ὑπάρχοντος τοῦ καί. Καὶ εἰ μὲν πτωτικὸν, τὴν αὐτὴν πτῶσιν.) *subaudi* ἀπαιτεῖ. Ἀλλ᾽ οὐκ ἐξ ἀνάγκης.) *Correctio est non solùm huius loci, sed etiam illius superioris, ubi coniunctionem definiens dixit,* τὰ ὅμοια συνάπτει ἀεί. *coniunguntur enim interdum per eam etiam diuersa, ut mox dicetur.* Ἐπὶ τῆς αὐτῆς συντάξεως.) γράφω. ὡσεὶ τῆς τοιαύτης συντάξεως. Διαφόρους δὲ τῆς ἐγκλίσεως.) *hîc exequitur correctionem suam diuersos modos coniungi docens, sed necessariò eiusdem uerbi, ut* γράφω καὶ γράφοιμι. *&* ἔλεγες καὶ λέγε. *In quo etiam imperfectum tempus iungitur cum præsenti.* Τῆς αὐτῆς δ᾽ οὔσης.) ἐγκλίσεως δηλονότι. *Si uerò cōiungātur similes modi, id in diuersis uerbis fiet, ut* καὶ περιπατῶ καὶ διαλέγομαι.
Καὶ πτώσεις δὲ τὰς αὐτάς.) *Nunc docet quando idem casus coniungantur, quando diuersi.* Ὁ δὲ μὲν λέξεως μὲν οὐδαμοῦ.) *id est* μὲν *cōiunctio locutionem quidem nusquam inchoat, sed orationē, hoc est non collocatur prima inter dictiones, sed sententiam incipit. Differunt* λέξις *&* λόγος. λέξις ἄσημος γίνεται. οἷον, τὸ βλίτυρι. λόγος δ᾽ ἐστὶ φωνὴ σημαντικὴ ἀπὸ διανοίας ἐκπεμπομένη. *Suidas. sic hoc loco* λέξις *significat ipsam materiam dictionum,* λόγος *autem ad sensum refertur.*

Ἄλλοι μέν ῥα θεοί.) Principium est Iliad. β. Τυγχάνει δὲ ὁ αὐτὸς καὶ μεταβατικός.) Hoc ipsum licet animaduertere in exẽplo superiore Homerico, in quo sit transitus ab aliis diis ad Iouem. Ἀρκτικοί.) λέξεως καὶ λόγου. Αὐτὰρ ἐπεὶ πόσιος.) Iliad. α. Et frequentatur in primis. Ἠ δ' ἀλλά, ἐστὶν ἐπιτακτικός.) λόγου scilicet. Τυδεὺς μικρὸς μὲν ἔην.) Iliad. ε.

ΔΙΑΣΕΎΤΙΚΌΣ.

Οἱ δὲ διαζευκτικοὶ τὰ διεζευγμένα συντιθέασι, καὶ ἢ πρᾶγμα ἀπὸ πράγματος, ἢ πρόσωπον ἀπὸ προσώπου διαζευγνῦντες, τὴν φράσιν ἐπισυνδέουσιν. νῦν ἄρκιον, ἢ ἀπολέσθαι, ἠὲ σαωθῆναι. εἷς δέ τις ἀρχὸς ἀνὴρ βουληφόρος ἔστω, ἢ Ἰδομενεὺς ἢ Αἴας, ἢ δῖος Ὀδυσσεύς. Ὁ μὲν οὖν ἤτοι ἰσοδυναμῶν τῷ ἤ, προτακτικός ἐστι τοῦ ἤ. ἤτοι ἀγαθόν, ἢ φαῦλον. ἰσοδυναμῶν δὲ τῷ μέν, ἀρκτικὸς γίνεται λόγων τοῖς ποιηταῖς, ὡς εἴρηται. ἤτοι ὅγ' ὡς εἰπών. διαζευγνύων μὲν τοίνυν ὁ ἢ ἀορίστως, οὐκ ἄνευ ἑτέρου ἢ λέγεται, ἤτοι προσκειμένου, ἢ νοουμένου. ὡρισμένως δέ, εἴτ' οὖν διασαφητικῶς μόνος κεῖται, βούλομ' ἐγὼ λαὸν σόον ἔμμεναι, ἢ ἀπολέσθαι. σημαίνει γὰρ τὸ καὶ οὐκ ἀπολέσθαι. ὅθεν ἴσως κἂν ἀναιρετικὸς ἂν οἰκείως προσαγορεύοιτο. Μοναδικῶς δὲ συντάσσεται, καὶ ἀπορηματικὸς ὤν, ἢ λυτικός τις, ἀπορηματικῶς. τί δὲ λαὸν ἠγάγετ' ἐνθάδε. ἢ οὐχ' Ἑλένης ἕνεκ' ἠϋκόμοιο. Τί δή ποτέ τις ἀγνοεῖ τὸ τοῦ ἢ σημαινόμενον; ἢ ὅτι οὐδέποτε ἔμαθεν; Τὸ δὲ ἢ μάλα δὴ τέθνηκε Μενοιτίου ἄλκιμος υἱός. καὶ τὰ ὅμοια ἐπιρρηματικὴν σύνταξιν ἔχει τῶν βεβαιωτικῶν. οἷον, δὴ καὶ τό, ἢ θέμις, τῶν ὁμοιωματικῶν.

DISIVNCTIVA.

DISIVNCTIVAE uerò disiuncta componunt, & uel rem à re, uel personam à persona disiungentes, locutionẽ tamen coniungunt. νῦν ἄρκιον ἀπολέσθαι, ἠὲ σαωθῆναι, nunc oportet aut perire, aut seruari. εἷς δέ τις ἀρχὸς ἀνὴρ βουληφόρος ἔστω, ἢ Αἴας, ἢ Ἰδομενεύς, ἢ δῖος Ὀδυσσεύς. unus autem quispiam imperator uir cõsultus esto, uel Aiax, uel Idomeneus, uel diuus Vlysses. Itaque ἤτοι, dum idem ualet quod ἤ, præcedit ἤ. ἤτοι ἀγαθόν, ἢ φαῦλον, uel bonũ, uel malum. Dũ uerò idem est quod μέν, orationis principiũ occupat apud poëtas, ut dictum est, ἤτοι ὅγ' ὣς εἰπών, ille quidem sic fatus. Cæterùm ἢ dum indefinitè disiungit, non sine altero ἢ profertur, uel adiecto, uel intellecto. Quando uerò definitè siue explanatiuè disiungit, sola ponitur, βούλομ' ἐγὼ λαὸν σόον ἔμμεναι, ἢ ἀπολέσθαι, uolo ego populum saluum esse, nõ perire. Signifi-

cat enim

ficat enim, καὶ οὐκ ἀσφαλέως, & non perire. Unde fortasse etiam negatiua coniunctio propriè uocari poterit. Singulari quodam more construitur etiam cum dubitatiua est, siue solutiua cum dubitatione. τί δὲ λαὸν ἤγαγον ἐνθάδε; ἢ οὐκ Ἑλένης ἕνεκ' ἠϋκόμοιο. *quid autem populum adduxit huc? nonne Helenæ causa bene comatæ? Cur igitur quidã ignorat quid ἢ significet? an quia nunquam didicit? Illud autem,* ἦ μάλα δὴ τέθνηκε Μενοιτίου ἄλκιμος υἱός. *profectò iam ualde mortuus est Menætij fortis filius, & similia, aduerbiorum constructionem habent affirmandi, quemadmodum etiam illud,* ἣ θέμις, *ut fas est, aduerbiorum similitudinis.*

EXPLANATIO.

Ἢ περὶ σωμάτων ἀρχὴ περὶ σώματα διαζευγνῦς.) *Sic autem personas disiungunt, ut unam admittant alteram reijciant. Caterùm ex rebus disiunctis una manente tollitur altera.* Νῦν ἄρκιον ἢ ἀπολέσθαι ἠὲ σωθῆναι.) *Iliad. β.* Εἴς δέ τις ἀρχὸς ἀνὴρ βουληφόρος ἔστω.) *Iliad. α.* ὁ δ᾽ ἦτοι.) ἤτοι *quando idem est quod* ἢ, *præponitur ipsi,* καὶ κοινός ἐστι καὶ διαζευκτικός, *ut* ἤτοι ἀγαθόν ἐστι ἢ φαῦλον. *quando uerò significat* μὲν, *orationem inchoat,* καὶ ποιητικός ἐστι καὶ συμπλεκτικός. ὡς εἴρηται.) *In fine capitis* συμπλεκτικοῦ. Βούλομ᾽ ἐγὼ λαὸν σόον.) *Iliad. α. ubi* ἢ *est* διασαφητικός, *quia definitè ponit alteram partem* τοῦ σημαινομένου *significãs* καὶ οὐκ, *alteram uerò definitè perimit, unde etiam* ἀναιρετικός *dici potest.* Μοναδικῶς.) *singulariter, ut semel ponatur. hac coniunctione* ἢ *Aristoteles sua problemata ita soluit, ut dubia tamen relinquat: quare non immerito* ἢ, ἀναλυτικός *uel* ἀπορηματικός *dicitur.* Τί δή ποτέ τις ἀγνοεῖ.) γράφ. Τί δή ποτε ὁ Τραπεζούντιος ἀγνοεῖ. *Cur tandem Trapezuntius ignorat significationem* ἢ? *Constat autem non conuenisse inter eum & Theodorum Gazam in hac coniunctione apud Aristotelem in problematibus, quæ per* ἢ *soluuntur. nam Theodorus an uertit, Trapezuntius, uel. Alij etiam legunt,* τί δή ποτε ὁ προσβόσκος Τραπεζούντιος ἀγνοεῖ. *Cuius lectionis Angelus Politianus meminit in miscellaneis. Sed tale conuitium à modestia & grauitate Theodori nimis alienum est.* Ἦ μάλα δὴ τέθνηκε.) *Iliad. σ.* Ἦ *autem libro primo numerauit inter* βεβαιωτικὰ ἐπιρρήματα, *quæ uerbis indicatiui modi iungũtur, ut dictum est in aduerbio.* Τῶν ὁμοιωματικῶν.) ἔχει ἐπιρρηματικὴν σύνταξιν τῶν ὁμοιωματικῶν. *Sunt autem similitudinis aduerbia* ὡς, ὥσπερ,

καθὰ, καθάπερ. quibus significatione par est ἤ. Homerus Iliad. β. Τρῶτα δ' ἐγὼν ἔπεσιν παρήσομαι ἣ θέμις ἐστί. Et Iliad. ι. Ἣ θέμις ἐστὶν ἄναξ ἀγορῇ· σὺ δὲ μή τι χολωθῇς. id est, ὡς νόμος, ὡς προσήκει.

ΣΥΝΑΠΤΙΚΟΊ.

Οἱ δὲ συναπτικοὶ, τουτέστιν οἱ ὕπαρξιν μὲν οὐκ ἀκολουθίαν δέ τινα καὶ τάξιν δηλοῦντες, συνάπτουσι μὲν ἀπλεῖς ἐννοίας. συντάσσονται δὲ κατά τε ὀρθὸν, καὶ ἀντεστραμμένον. ἢ γὰρ προηγοῦνται, ἢ ἐπάγονται. καὶ προηγουμένοις μὲν τὸ ὀρθόν. Εἴπερ γάρ τε χόλον γε καὶ αὐτῆμαρ καταπέψῃ, Ἀλλά γε καὶ μετόπισθεν ἔχει κότον ὄφρα τελέσσῃ. ἐπιφερομένοις δὲ τὸ ἀντεστραμμένον. Ἦ κεν γηθήσαι Πρίαμος Πριάμοιό τε παῖδες, Ἄλλοι τε Τρῶες μέγα κεν κεχαροίατο θυμῷ, Εἰ σφῶϊν τάδε πάντα πυθοίατο μαρναμένοιϊν. καὶ πρὸς ὑποτακτικὸν μὲν οὕτω τὸν εἰ συντακτέον. ἄλλως τε, καὶ εἰ σὺν τῷ καὶ λαμβάνοιτο, καὶ ὅλως μεθ' ἑτέρων συνδέσμων. καὶ πρὸς εὐκτικὸν, καὶ πρὸς ὁριστικὸν, ὡς ἔτυχεν ὁμολογίας, ἢ ἀμφιλογίας ἡ ἀκολούθησις. Ἔοικε γὰρ ἐπὶ μὲν ὁμολογουμένων, τὸ ὁριστικόν τε καὶ ὑποτακτικὸν βούλεσθαι, ἐπὶ δὲ ἐνδοιαζομένων τὸ εὐκτικόν. ὅθεν δὴ καὶ τὸ δυνητικὸν ἄν, ἐπὶ τὸ πιστοτέρως ἂν ἀποδίδομεν. ὅτι, εἰ ἡδονὴ τ' ἀγαθὸν εἴη, ταύτῃ ἂν ὁρίζοιτο ἡ εὐδαιμονία. ἀλλ' οὐκ ἀεὶ οὕτως ἡ χρῆσις. κατὰ παρῳχημένου γε μὴν πράγματος τὸ ὁριστικὸν ἀεί. εἰ ἦν, εἰ καὶ ἦν.

CONTINVATIVA.

PROINDE continuatiuæ, id est, quæ non subsistentiam, sed consequentiam aliquam & ordinem significant, imperfectos sensus coniungunt, construunturq́; tum recto ordine, tum inuerso & præpostero. aut enim præcedunt, aut sequuntur. Si præcedāt, rectus est ordo, Εἴπερ γάρ τε χόλον γε καὶ αὐτῆμαρ καταπέψῃ, Ἀλλά γε καὶ μετόπισθεν ἔχει κότον ὄφρα τελέσσῃ. si enim iram eodem die concoquat, postera tamen seruat, donec expleat. Si uerò sequantur, inuersus ac præposterus, Ἦ κεν γηθήσαι Πρίαμος Πριάμοιό τε παῖδες, Ἄλλοι τε Τρῶες μέγα κεν κεχαροίατο θυμῷ, Εἰ σφῶϊν τάδε πάντα πυθοίατο μαρναμένοιϊν. certè lætaretur Priamus, Priamique liberi, & cæteri Troiani ualde gauderent, si hanc omnem audirent contentionem uestram. Cum subiunctiuo itaque εἰ coniunctio ordināda est, præsertim si cum καὶ adhibetur, & omnino cum aliis coniunctionibus. Item, cum optatiuo, & indicatiuo, prout confessa uel dubia fuerit consequentia. Videtur enim in confessis indicatiuum uel subiūctiuum postulare: in dubiis autem optatiuum,

tiuum. Vnde etiam potentialem ἂν ad id peculiariter inferemus, ut εἰ ἡ ἡδονὴ τ' ἀγαθὸν ἦν, ταύτῃ ἂν ὁρίζοιτο ἡ εὐδαιμονία, si uoluptas summũ bonum esset, hac definiretur felicitas. Sed nõ semper sic utuntur. Caterũ de præterito semper indicatiuũ postulat, εἰ ἦν, si erat, εἰ καὶ ἦν, & si erat.

EXPLANATIO.

Οἱ δὲ συναπτικοί.) *Continuatiuæ coniunctiones sunt quæ non significant subsistentiam, sed ordinem & consequentiam sensus coniungunt imperfectos. Non significare autem subsistentiam, iccirco dicũtur, quia rem non simpliciter, sed sub conditione subsistere his utentes significamus, quæ conditio etiam causa est imperfecti sensus, ut cùm dicimus* εἰ ἡδονὴ τ' ἀγαθὸν ἦν, ταύτῃ ἂν ὁρίζοιτο ἡ εὐδαιμονία. *duo sensus coniunctione* εἰ *continuatiua coniunguntur, quorum alter ex altero pendet, nempe* εἰ ἡδονὴ τ' ἀγαθὸν ἦν, & ταύτῃ ἂν ὁρίζοιτο ἡ εὐδαιμονία. *Si præponantur huiusmodi coniunctiones, recta & naturalis est constructio. contrà si sequantur præpostera, sicut dictum est de relatiuis nominibus, & aduerbijs tum relatiuis, tum comparatiuis.* Εἴπερ γάρ τε χόλον γε.) *Iliad. α. uerba Calchantis.* Ἤκεν γε δήπου πρίαμος.) *eodem libro, Nestoris.* Καὶ ὅλως μεθ' ἡμῶν συνῆσμεν.) *ut suprà* εἴπερ χόλον γε καταπέψῃ. *Sic* εἰ δὴ, εἰ δήπερ, *etiam* συναπτικοί. Ἀλλ' ἐκ ἀεὶ οὕτως ἡ χρῆσις.) *ut in re confessa indicatiuus & subiunctiuus, in re dubia optatiuus ponatur.* Κατὰ παρῳχημένου γε μήν.) Εἰ *de præterito semper indicatiuum uidetur postulare, plerunque imperfecti temporis, interdum indefiniti, uel præteriti perfecti pro imperfecto, de quo uide Budæum.*

ΠΑΡΑΣΥΝΑΠΤΙΚΟΊ.

ΠΑΡΑΣΥΝΑΠΤΙΚΟΊ δέ τοι καὶ οἱ παρασυναπτικοὶ συντάσσονται, πλὴν ὅτι καὶ ὕπαρξιν μετὰ τάξεως σημαίνουσιν ὡς τοίγε.

SVBCONTINVATIVA.

EODEM *autẽ modo etiam subcontinuatiuæ ordinantur, nisi quòd item subsistentiam cum ordine significant.*

EXPLANATIO.

ΠΑΡΑΣΥΝΑΠΤΙΚΟΊ δέ τοι.) *Subcontinuatiuæ coniunctiones sunt* ἐπεὶ, ἐπείπερ, ἐπειδὴ, ἐπειδήπερ, ἐπείτοι. *hæ subsistẽtiam cum ordine significant, & eodem modo construuntur quo superiores. si præeant in oratione, recta dicitur constructio, si subeant, præpostera.*

ἈΙΤΙΟΛΟΓΙΚΟΣ.

Οἱ δ᾽ αἰτιολογικοὶ προτακτικοί τε εἰσὶ τῶν λέξεων, πλὴν τοῦ γάρ, καὶ κατ᾽ ὀρθὸν, καὶ ἀντεστραμμένον συντάσσονται. καὶ τὰ ὑποτακτικὰ τῶν ῥημάτων ποιοῦσιν ἔνιοι τούτων. ἐὰν μάθω, ἵνα διδάξω. καὶ ἐπιρρηματικῶς, ἐπειδὰν διδάξω, ἢ ὅταν διδάξω. ὁ γε μὴν ἵνα καὶ τὰ ἰσοδυναμοῦντα, καὶ πρὸς εὐκτικὸν ἔτι συντάσσονται, εἰ περὶ παρῳχημένου ὁ λόγος. οἷον, ἀφίκετο ἵνα θεῷτο. καὶ πρὸς ὁριστικὸν παρατατικὸν, ἔνθα τι περὶ παρῳχημένου ἀξιοῦμεν ὑπάρχειν, ἢ μή. οἷον ἐχρῆν αὐτὸν λαβεῖν συγγραφὴν, ἵν᾽ εἶχεν ἀπαιτεῖν κατὰ νόμους. Τὸ γε μὴν ὅπως ἀντὶ τοῦ πῶς, παραγγελματικῶς πρὸς ὁριστικὸν μέλλοντα. σκοπεῖτε δὲ τοῦτο, ὅπως μὴ λόγους ὀρσοῦσιν. ἄλλως δὲ παντὶ ἐφαρμόττει χρόνῳ. Πρὸς ὁριστικὸν δὲ ὁ ὅτι, καὶ τὰ ἰσοδυναμοῦντα. ὅτι οὐδεὶς μισθὸς, οὐδὲ τέχνη. Τὸ δ᾽ ἐφ᾽ ᾧ πρὸς τε ὁριστικὸν καὶ πρὸς ἀπαρέμφατον. ἐφ᾽ ᾧ ἔγραψεν, ἐφ᾽ ᾧ κομιοῦνται, ἐφ᾽ ᾧ μεμνῆσθαι. τὸ δὲ ἕνεκα, γενικῆς. τὸ δὲ, οὕνεκα τὸν Χρύσην ἠτίμησ᾽ ἀρητῆρα, Ἰωνικόν. ὁ δὲ γὰρ παντὶ μέρει λόγου ὑποτάσσεται, καὶ ἀρκτικὸς οὐδαμοῦ ἐστιν. ἢ γάρ. οὐδὲ γὰρ οὐδὲ Δρύαντος υἱός.

CAVSALIS.

CAETERVM causales, inter dictiones primo loco ponũtur in oratione, excepto γάρ. *rectéq; & præpostere construuntur. Ex his quædã etiam subiunctiuos uerborum efficiunt,* ἐὰν μάθω *si discam,* ἵνα διδάξω, *ut doceam. Et aduerbialiter* ἐπειδὰν διδάξω, *postquam docuero, uel* ὅταν διδάξω, *cùm docuero.* ἵνα *tamen, & quæ idem ualent, etiam cum optatiuo construuntur, si de re præterita sit sermo, ut* ἀφίκετο ἵνα θεῷτο, *uenit ut spectaret. Et cum imperfecto indicatiui, ubi aliquid de præterito dignum significare uolumus, quod contingeret, uel contrà, ut* ἐχρῆν αὐτὸν λαβεῖν συγγραφὴν, ἵν᾽ εἶχεν ἀπαιτεῖν κατὰ νόμους, *oportebat eũ accipere syngraphã, ut posset iure exigere. Verùm* ὅπως *pro* πῶς *quomodo, hortatiue cum futuro indicatiui,* σκοπεῖτε δὲ τοῦτο ὅπως μὴ λόγους ὀρσοῦσιν. *uidete autẽ ne uerba loquaciter fundant. Alioqui omni conuenit tempori. Cæterùm* ὅτι, *& quæ idem significãt, cum indicatiuo iunguntur.* ὅτι οὐδεὶς μισθὸς, οὐδὲ τέχνη. *quia nulla merces, neque ars. Sed* ἐφ᾽ ᾧ *cum indicatiuo & infinitiuo,* ἐφ᾽ ᾧ ἔγραψεν, *quare scripsit,* ἐφ᾽ ᾧ κομιοῦνται, *ut accipiat,* ἐφ᾽ ᾧ μεμνῆσθαι, *ut memor sit.* ἕνεκα *uerò cum genitiuo. At illud,* οὕνεκα τὸν Χρύσην ἠτίμησ᾽ ἀρητῆρα, *quia Chrysen contumelia affecit sacerdotem, Ionicum est.* γὰρ *autem cuiuis parti subiungitur orationis, neque principalis usquam est.* ἢ

γάρ,

γὰρ, an enim. οὐδὲ γὰρ, οὐδὲ Δρύαντος υἱός. neque enim, neq; Dryantis filius.

EXPLANATIO.

Οἱ δὲ αἰτιολογικοί.) Causales sunt ἵνα, ὅπως, γάρ, ὅτι, διότι, ἐάν, ἵνα, καθό, καθότι, καθόσον. Καὶ τὰ ὑποτακτικὰ τῶν ῥημάτων ποιοῦσι.) hoc dicit, quia præponuntur subiunctiuo, qui modus ob eam rem dictus est ὑποτακτικός, ut ἐὰν μάθω, ἵνα διδάξω. Definiuntur autem à Basilio ad hunc modum, Αἰτιολογικοὶ δέ εἰσιν ὅσοι ἐπ' ἀποδόσει αἰτίας ἕνεκεν παραλαμβάνονται. Καὶ ἐπιῤῥηματικῶς ἐπειδὰν διδάξω.) Ex quibusdam aduerbijs & coniunctionibus compositiones fiunt: ut ex ὅτε aduerbio, & ἄν coniunctione fit ὅταν coniunctio causalis. Sic πρὶν ἄν, μέχρις ἄν, ἕως ἄν ex aduerbijs huc referuntur. ἐπάν, & ἐπειδάν ex coniunctionibus composita, speciem habent superiorum. Ἵνα καὶ τὰ ἰσοδυναμοῦντα.) ut ὅπως & ὄφρα poeticum. Καὶ πρὸς εὐκτικόν.) Diximus sæpius accommodatum esse præterito optatiuum. Ἵνα εἶχεν.) ἵνα cũ imperfecto indicatiui iũgitur, de eo quod debuisse fieri significamus. Τὸ κημὸ ὅπως.) ὅπως pro ἵνα est causale, sed pro πῶς, id est quo pacto παραγγελματικόν, cuius usus ad præcipiendũ & monendum accommodatus est. Σκοπεῖτε ὅπως μὴ λόγους ἐρεῖτε.) Videte ne aliud atque aliud causificando uerba loquaciter faciant. sic dicitur, ut λόγους λέγειν. Demosthenes, Ἐὰν μὴ ἐᾶτε λόγους λέγειν διεξιέναι τ' ἀληθῆς. Quod autem cum indicatiuo præteriti temporis ὅπως construi præcipit, de frequentiore usu intelligendum est. nam etiam cum subiunctiuo indefiniti eadem significatione cõiungitur, suppresso interdum uerbo ὅρα, uel σκόπει κατ' ἔλλειψιν ἀττικήν.

Ἄλλως δέ.) Quòd si aliter accipiatur, αἰτιολογικῶς scilicet, ut dictum est. Ἐφῶ.) ἀντὶ ὧδε τῷ καὶ ἕνεκα τοῦ: ut ἐφῶ μιμνῆσθαι, ἕνεκα τοῦ μιμνῆσθαι. dicitur etiam ἐφῶ τε πλεονάζοντος τοῦ τε, more Ionico. nam Iones ἐπ' ᾧτε dicunt. Οὕνεκα τὸν χρύσην.) Iliad. α. Ἦ γάρ.) Lucianus, Ἦ γάρ; ναί. Plato in Gorgia, Ἦ γὰρ τοῦτο μέγιστον; Sophocles, ἦ γὰρ παρ' αὐτοῦ ἔλαβες; Οὐδὲ γάρ.) Iliad. ζ. Οὐδὲ γὰρ οὐδὲ Δρύαντος υἱὸς κρατερὸς Λυκόοργος, ubique subiungitur γάρ.

ἘΝΑΝΤΙΩΜΑΤΙΚΟΊ.

Οἱ δὲ λεγόμενοι ἐναντιωματικοί, καὶ προτάσσονται τῆς λέξεως καὶ ὑποτάσσονται, λόγου μέν τοι προτάσσεσθαι οὐδαμοῦ πεφύκασιν. ἐκάμεν παραινῶν, ἀλλ' ὅμως παραινέσομαι ἔτι. καί τοι ἀδύνατον, ὅμως οὐκ ἔχομεν καταλαβεῖν.

ADVERSATIVAE.

QVAE uerò dicuntur aduersatiuæ, & præponuntur dictionibus, & postponuntur, orationi tamen præponi natura non possunt. ἔκαμον παραινῶν· ἀλλ᾽ ὅμως παραινέσομαι ἔτι. *defessus sum hortando, sed tamen hortabor amplius.* καίτοι σπεύδων ὅμως οὐκ ἴσχον καταλαβεῖν. *quanquam properans, tamen assequi non potui.*

EXPLANATIO.

ADVERSATIVAE sunt ὅμως, ἔμπης, καίτοι, καίπερ. *hæ cæteris partibus tum præponuntur in oratione, tum postponuntur: sic tamen ut nunquam ab ijs incipiat oratio.* ἀλλ᾽ ὅμως.) ὑποτάσσεται τῷ ἀλλὰ ὁ ὅμως. ὅμως οὐκ ἴσχον.) *hîc rursus præponitur.*

ΣΥΛΛΟΓΙΣΤΙΚΟΙ.

ΤΩΝ δὲ συλλογιστικῶν, οἳ ταῖς ἐπιφοραῖς, καὶ συμπεράσμασι προσφκειωμένων, ὁ ἀλλὰ, ἢ ἀλλαμὴν προτακτικὸς ἐστὶ λέξεως μόνος. οἱ δ᾽ ἄλλοι πάντες, καὶ προτάσσεσθαι, καὶ ὑποτάσσεσθαι δύνανται. πᾶς ἄνθρωπος ζῶον, ἀλλαμὴν πᾶν ζῶον οὐσία, πᾶς ἄρα ἄνθρωπος οὐσία.

RATIOCINATIVAE.

INTER ratiocinatiuas, quæ illationibus & conclusionibus accõmodatæ sunt, ἀλλὰ *&* ἀλλαμὴν *præponuntur inter dictiones tãtùm: cæteræ autẽ omnes præponi & postponi possunt.* πᾶς ἄνθρωπος ζῶον, ἀλλαμὴν πᾶν ζῶον οὐσία, πᾶς ἄρα ἄνθρωπος ζῶον. *omnis homo est animal, omne uerò animal est substãtia, omnis igitur homo est substãtia*

EXPLANATIO.

RATIOCINATIVAE numerantur libro primo ἄρα, ἀλλὰ, ἀλλαμὴν, οὖν, τοίνυν, τοιγάρτοι, τοιγαροῦν.

ΑΠΟΡΗΜΑΤΙΚΟΙ.

ΟἹ δ᾽ ἀπορηματικοὶ, ἐπὶ ἀποροῦντι, καὶ ἐρωτῶντι εἰς χρῆσιν ἥκουσιν. ἆρ᾽ οὖν ἀγαθὸν ἡ ἡδονή; προηγοῦνται δὲ τῶν λόγων, εἰ μή τι γε καθ᾽ ὑπερβατόν.

DVBITATIVAE.

AD hæc dubitatiuæ dubitanti, & interroganti usui sunt. ἆρ᾽ οὖν ἀγαθὸν ἡ ἡδονή; *utrum igitur bonum uoluptas? Præcedunt autem in oratione, nisi si quid per hyperbaton accidat.*

EXPLANATIO.

DVBITATIVAE eodem libro primo ponuntur ἆρα, εἶτα, μῶν, μή.

ΠΑΡΑ-

ΠΑΡΑΠΛΗΡΩΜΑΤΙΚΟΙ.

Οἱ δὲ παραπληρωματικοὶ, τοὔνομα ἔσχον, ἀπὸ τοῦ τὴν φράσιν παραπληροῦν, ἢ μέτρου ἢ κόσμου χάριν. ἔχουσι δὲ πολλάκις καὶ σημασίαν διάφορον. οἷον, ὁ γε μειωτικός, ὁ δὴ περιγραφικὸς καὶ μεταβατικός, καὶ βεβαιωτικός. ὁ ἂν δυνητικός, καὶ ἀοριστικός. πάντες γε μὴν τοῖς ἑτέροις τοῦ λόγου μέρεσιν ὑποτάσσονται. οἷον, ἄλλοι μὲν ἄρα θεοί. ὁ δὲ ἂν καὶ ὑποτάσσεται ἀοριστολογικὸς ὤν, ὅσα ἂν λέγῃς, ὅσα ἂν εἴπῃς. Δυνητικὸς δὲ ἐπὶ μὲν ἐνεστῶτος καὶ μέλλοντος, πρὸς εὐκτικόν. οὐκ ἂν λέγοις, οὐκ ἂν φαίης, οὐκ ἂν λέξοις. εἴτε προτάσσοιτο εἴτε ὑποτάσσοιτο. καὶ πρὸς ὁριστικόν, οὐκ ἂν ὁρᾷς, ἀλλὰ σπανίως τοῦτό γε. ἐπὶ δὲ παρῳχημένου πρὸς ὁριστικόν. οὐκ ἂν εἶπες, ἢ ἔλεγες. Ἔτι δὲ γνωριμώτερον ἂν μὲν καὶ πρὸ τοῦ ῥήματος καὶ μετὰ τὸ ῥῆμα δύνηται ἂν θεωρεῖσθαι, ἀδιαφόρως πρὸς εὐκτικόν. ἂν δὲ μὴ ἐπαμφοτερίζῃ τοῖς τόποις, πρὸς ὑποτακτικὸν μόνον. Καὶ μεταλαμβάνοντες τὸ ἀπαρέμφατον πρὸς τὴν τοῦ ὁριστικοῦ κατάλληλον σύνταξιν, λέγομεν δυνητικῶς ἐπὶ τὰς τρεῖς τοῦ χρόνου διαφοράς. λέγειν ἄν, εἰπεῖν ἄν, καὶ ὁρᾶν ἄν. Καὶ πρὸς μετοχήν, εἰπόντας ἄν, καὶ ὁρῶντας. καὶ εἰπὼν ἄν, καὶ εἰπόντων ἄν. ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων. ἥκιστα δὲ ὁ παρακείμενος τοῦ ἂν ἐπιδεκτικός. Τὰ μὲν οὖν μέρη οὕτω συντάσσοντες κατάλληλον ἂν ποιοῖμεν τὸν λόγον.

EXPLETIVAE.

EXPLETIVAE uerò nomen quidẽ inuenerũt ex eo, quòd orationem explent, uel metri, uel ornatus causa. Habent autem sæpenumero etiam significationem diuersam: ut γε diminutiua est: δὴ circunscriptiua, & transitiua, & confirmatiua: ἂν potentialis & indefinita. Omnes tamen cæteris orationis partibus postponuntur, ἄλλοι μὲν ἄρα θεοί. alij quidem dij. Cæterùm ἂν etiã subiunctiuum postulat, quando indefinita est, ὅσα ἂν λέγῃς, ὅσα ἂν εἴπῃς, quæcunq; dixeris. Quando uerò potentialis est, de præsenti quidem & futuro cum optatiuo cõstruitur, ut οὐκ ἂν λέγοις, οὐκ ἂν φαίης, non potes dicere: οὐκ ἂν λέξοις, nõ dixeris, siue præponatur, siue postponatur. Et cum indicatiuo, οὐκ ἂν ὁρᾷς, non poteris dicere. sed hoc certè rarò fit. Cæterùm de præterito cum indicatiuo οὐκ ἂν εἶπες, uel ἔλεγες, non dixisses. Et planius, ἂν si ante uerbum, & post uerbum spectari possit indifferenter cum optatiuo cõstruetur. Quòd si utrunque locum non habeat, cum subiunctiuo tantùm construi debet. Præterea infinitiuum ad rectam indicatiui coustructionem accommodantes dicimus significando potentiam secundum

tres tẽporis differentias, λέγειν ἂν, dicere posse, εἰπεῖν ἂν dictur͞u fuisse, ἐρεῖν ἂν dictur͞u esse. Et cũ participio, εἰπόντας ἂν, cùm dixissent, & ἐροῦντας ἂν dicturos, & εἰπὼν ἂν dixisset, & εἰπόντων ἂν cùm dixissent. Et in cæteris eodem modo. Præteritum uerò ἂν nõ recipit. Partes igitur ad hunc modum si construamus, congruã faciemus orationem.

EXPLANATIO.

EXPLETIVAE sunt δὴ, ποῦ, τοὶ, δῆτα, πὲρ, πω, μὴν, ἂν, γε, ἂρ, κὲν, νυ, θὴν, ῥα, ἄρ. ὁ γὲ μασωτικός.) Significat saltẽ, & quod Cicero solet dicere, quidem certè. Demosthenes, περὶ Στεφάνου, Καὶ δι' αὐτόγε τοῦτο ὀρθῶς ἐπαινούμενον ὅτι τὰ ἀνηλωμένα ἐπέδωκα καὶ οὐκ ἐλογιζόμην. ὁ δὴ περιγραφικός.) quãdo d͞utaxat significat, ut λέγω δή. Καὶ μεταβατικός.) Significat porrò, ut apud Platonẽ in Timæo, τὸν δὴ νόμον ἡμῖν ἐφεξῆς πέραινε. tu autem perge porrò, &c. Et Demosthenes περὶ Στεφάνου, φέρε δὴ καὶ ἐν καλὸν κατάλογον. Καὶ βεβαιωτικός.) ut cum significat δηλαδή, ut οὕτω δὴ κρίνει, sic uidelicet iudicat. ὁ δὲ ἂν ὑποτακτικός.) Subiungit, siue subiunctiuum facit, id est præcedit subiunctiuum. Ἔστι προτάσσοιτο ἔστι ὑποτάσσοιτο.) ἔστι προτάσσοιτο ῥήματος δηλονότι ὁ ἂν, ἔστι ὑποτάσσοιτο ῥήματι. nam dum subiunctiuo iũgitur, semper ipsum præcedit, estq; ἀοριστολογικός. Optatiuum uerò uel indicatiuum præcedit, uel sequitur, dum δυνητικὸς est. Budæus tamen hanc coniunctionem, quando infinita est etiam cum optatiuo interdum construi docet, sed tum demum cum res præterita narratur, ut apud Demosthenem, περὶ Στέφανου, Ἐν ὕσιν οὖν συνικαίας καὶ τηλίκα λαμπρός; Ἡνίκ' ἂν εἰπεῖν τι περὶ τούτων δέοι. Et περὶ Φιλίππου, Ἐκέλαζον δ' οὕτω καὶ ἐτιμωροῦντο οὓς ἂν αἴσθοιντο δωροδοκοῦντας. Contrà uerò dum potentiam significat interdum iungi subiũctiuo pro optatiuo. Plato in Phædro, Καλὸν γοῦν ἂν ὦ Σώκρατες εἶδος ᾖ καταπεπωκὸς ὁ τοῦ λαβών. Isocrates in Panegyrico, οὕτω γὰρ ἀμφοτέρων ὑμᾶς ἀπείργεσθε, ὥσπερ ἄριστ' ἂν διδάξητε περὶ αὐτῶν. Quod autem Theodorus negat παρακαμένῳ συντάττεσθαι τὸ ἂν δυνητικὸν, idem etiam contrarium docet nominatim aduersus Theodorum. Ἀδιαφόρως πρὸς εὐκτικόν.) Indifferenter cum optatiuo cõstruetur, id est non necessariò cum optatiuo, sed indifferenter cum eo, uel indicatiuo. quare deesse uidetur καὶ πρὸς ὁριστικὸν, uel ἢ πρὸς ὁριστικόν. Nam hæc coniunctio, dum potentiam significat, nunc optatiuum, nunc indicatiuum præcedit, aut sequitur. Quando uerò infinita est, subiũctiuus duntaxat

duntaxat præcedit. Ἂν δὲ μὴ ἐπαμφοτερίζῃ.) *Quod accidit, dum est* ἀοριστολογικός *tunc enim solùm præcedit, & cum subiunctiuo tantùm construi potest, sicut dictum est.* Καὶ μεταλαμβάνοντες.) *Docet* ἂν δυνητικὸν, *etiam cum infinitiuo & participio trium temporum coniungi* ἐνεστῶτος, παρῳχημένου, μέλλοντος.

ΠΕΡῚ ΤΗ͂Σ ΤΟΥ͂ ἀπαγγέλλειν διαστολῆς.

ἈΠΑΓΓΈΛΛΕΙΝ δὲ τὰ συντεταγμένα μὴ μόνον καθ' ὑπόκρισίν τε, καὶ προσῳδίαν, ἀλλὰ καὶ κατὰ διαστολὴν, ὅπως τε ἂν ἡ τοῦ λόγου διάνοια εἴη συμφανεστέρα. καὶ γράφοντας οὖν στικτέον εἰς διαστολὴν, καὶ φθεγγομένους διακριτέον τριχῶς. ἢ τελείως, ἢ ἁπλῶς, ἢ μέσως. Ἔνθα μὲν τε τὰ τὴν ἔννοιαν συναποπληρούμενα λήγει τοῖς κώλοις, διασταλτέον ἐπὶ τελείας ἐννοίας ὂν λόγου, καὶ πλεῖον τοῦ χρόνου ἀποστηματιστέον εἰς ἀπόδοσιν τοῦ τελείου. Ἔνθα δὲ ἁπλῶς πάμπαν ἔχει, ὑπανιέντας τι τῆς φωνῆς καὶ ἐπ' ἐλάχιστον διαστηματίζοντάς γε ἀπαγγελτέον. Μέσως δέ τοι, τὰ κῶλόν τε, καὶ τὰ ἐνπλέως ἀπαρτιστικὰ κόμματα ἀποδοτέον. οἷον, ἐγὼ μὲν διδάσκω, σὺ δὲ μανθάνεις. Καὶ στίζειν δὲ γράφοντας κατὰ τὰς εἰρημένας διαφορὰς, τὸ μὲν τέλειον ἐφεξῆς ἐν τῷ μέσῳ. τὸ δ' ἁπλοῦς παρεγκλίνοντας πρὸς τὸ κάτω. τὸ δὲ μέσον παρεγκλίνοντας πρὸς τὸ ἄνω. Καὶ περὶ μὲν κλίσεως, καὶ σχηματισμοῦ, καὶ διαιρέσεως, καὶ ὀνομασίας, καὶ προσῳδίας, καὶ ὀρθογραφίας, καὶ χρόνου, καὶ συντάξεως τῶν γραμματικῶν, καὶ ὅλως περὶ βαρβαρισμοῦ, καὶ σολοικισμοῦ, ἔστω δὴ εἰρημένον ἀποχρώντως, ὡς ἐν εἰσαγωγῇ. τὸ γὰρ ἐπὶ πλεῖον, καὶ ἀκριβέστερον περὶ τούτων εἰπεῖν, ἥκιστ' ἂν τῆς παρούσης εἴη προθέσεως. Μετὰ ταῦτα δὲ ὅπως δεῖ ἐρωτηματίζειν κατὰ τὴν ἐκτεθεῖσαν τήνδε ἡμῖν μέθοδον, λέγωμεν.

DE DISTINCTIONE *pronunciationis.*

Pronunciare autem oportet compositam orationem, non solùm gestu & accentu, uerùm etiam distinctione adhibita. Sic enim orationis sententia fuerit planior. Scribentes igitur aliquid distinctionis causa interpungere, & pronunciantes discriminare debemus trifariam, perfectè, uel imperfectè, uel medio modo. Vbi enim sententia membris conclusa terminatur, distinguendus in fine sententiæ sermo est, & pluscu-lum temporis insistendum, ut exprimatur perfectio. Vbi uerò planè imperfecta est, remissa aliquãtum uoce, & quàm minima mora interposita pronũciandum est. Media uerò distinctione incisa quæ mẽbra pleno sensu adæquent ac impleant, pronũcianda sunt, ut ἐγὼ μὲν διδάσκω, σὺ δὲ μανθάνεις: *ego quidem doceo, tu uerò discis. Cæterùm interpũgere*

etiam ſcribentes ſecũdum dictas differentias oportet. Perfecta quidem deinceps in medio literæ, imperfecta uerò inclinãtes ad imam partem, & media inclinantes ad ſupremam. Sed de declinatione, formatione, diuiſione, nominatione, accentu, orthographia, tempore, conſtructione grammaticorum, & in ſumma de barbariſmo & ſolœciſmo ſit iam dictum ſatis, ut in inſtitutione. Nam amplius & accuratius de his dicere, minimè huius fuerit inſtituti. Dehinc quemadmodum oporteat interrogare ſecundum rationẽ præceptorum à nobis expoſitã, dicamus.

EXPLANATIO.

COMPOSITA oratio conſtat cõmatibus, colis, & periodis. cõmata Latini inciſa, cola membra nominant. periodum uerò Cicero uariè appellat, ambitum, circuitum, comprehenſionem, continuationẽ, circunſcriptionem. Cõma, Hermogenes dicit eſſe σύνθεσιν διανοίας μικροτέραν κώλου, non excedentem ferè ſex ſyllabas, tanquam ἴπῳδον. Cola uerò à ſeptima ſyllaba prorſus ad trimetri, uel heroici uerſus modum extendit. Periodus plena Ciceroni eſt, quæ uno ſpiritu uolui poteſt, quod genus ab Hermogene πνεῦμα dicitur, conſtatq; ferè membris quatuor quaſi hexametrorum inſtar uerſuum. breuiſſima uerò duobus. tametſi quidam etiam μονόκωλον faciunt. Mẽbra ambitus, inciſa membrorum plerunq; partes ſunt. Ad hanc compoſitionem diſtinguendam triplex ferè ratio tradita eſt. Græci θέσεις, uel στιγμὰς, uel διαστολὰς nominant. ubi enim finita ſentẽtia eſt, diutiuſq; reſpiratur, aut etiã ſermo ponitur, διαστολὴ ſimpliciter, uel διαστολὴ τελεία dicitur, Latine diſtinctio, uel finalis diſtinctio. Vbi ſentẽtia plane imperfecta eſt, ſicut in commatibus accidit, dum partes ſunt membrorũ in periodo, & intermiſſa aliquãtiſper uoce ſuſtinetur, & quaſi ſuſpẽditur oratio, ſine reſpiratione ὑποστιγμὴ, uel ὑποδιαστολὴ appellatur, Latinè ſubdiſtinctio. Quãdo uerò media eſt ſententia ac ſemiplena, ut in mẽbris accidit, quæ tanquam nodis quibuſdam continuantur inter ſe, uel inciſis quæ extra periodũ adhibẽtur, & reſpiratur cũ aliqua mora, ut reliquum inferatur, μέση διαστολὴ, id eſt media diſtinctio, ſiue mora dicitur. Notãtur autẽ hæ diſtinctiones in ſcriptis, omnes uno puncto, ad medium literæ poſito τελεία, ad ſummũ μέση, ad imum ὑποδιαστολή. Donatus & Diomedes apud Latinos totidem modis orationem diſtinguũt, & eadẽ nota unius puncti, ſed ipſum aliter collocant, in finali diſtinctione ad ſummã literã, in media ad mediã, in ſubdiſtinctione ad imã. Nicanor Alexãdrinus, qui ſex

libros

libros π. στιγμῆς cõposuit, unde στιγματίας uulgò per ridiculũ dictus est, octo tradidit distinctiones, τελείαν, ὑποτελείαν, ἁπλῆν, ἄνω πρὸ τῆς, ἄνω ὑπὸ τὴν, ἀντικείμενον, ὑποκείμενον, ὑποδιαστολήν. Idẽ fecit Theodosius. Dionysius Thrax antiquissimus grãmaticus nõ plures, nec alias, nec alio modo quàm Theodorus prodidit. Μὴ μόνον κατ' ἀπόκρισιν καὶ προσῳδίαν.) Actionis siue pronunciationis duæ sunt partes, uox & gestus siue motus. ex harũ utraq; præcipitur ut emendata, dilucida, ornata & apta sit. Cæterũ dilucida duobus efficitur modis, nimirũ ut tota uerba exigãtur cũ plana, & suaui omniũ literarũ appellatione: & ut distincta sit oratio. uirtus autẽ distinguẽdi, ut Fabius tradit, fortasse parua sit, sed sine qua tamẽ esse nulla alia in agẽdo potest. Ἔνθα δὲ ἁπλῶς πάμπαν ἔχει.) ut apud Demosth. π. τοῦ Στεφάνου, Πρῶτον μὲν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῖς θεοῖς εὔχομαι πᾶσι καὶ πάσαις, ὅσην εὔνοιαν ἔχων ἐγὼ διατελῶ τῇ τε πόλει καὶ πᾶσιν ὑμῖν, τοσαύτην ὑπάρξαι μοι παρ' ὑμῶν εἰς τουτονὶ τὸν ἀγῶνα. hæc periodus ex tribus mẽbris cõposita est, quorũ primũ ex tribus partibus, quæ licet appellemus incisa, cõstat. quarũ prima & secũda imperfecto planè sensu subdistinctionẽ recipiunt: tertia uerò quæ membrũ claudit, mediã distinctionem sensu ferè pleno. Τὰ κῶλον τε καὶ τοῦ ἁπλοῦ ἀπαρτιστικὰ κόμματα.) Ἀπαρτίζω interdum idem est quod ἰσάζω, siue ἰσοδυναμῶ: ex qua significatione dicit τὰ κόμματα ἀπαρτιστικὰ κώλων καὶ τοῦ ἁπλοῦ μέσως διαστέλλεσθαι. hoc sensu, ut non quæuis incisa ita distinguãtur, sicut certè nõ distinguũtur, dũ sunt partes membrorũ quẽadmodũ iam ostendimus, sed ea dũtaxat quæ mẽbra adæquant, id est uim eandẽ habent cũ mẽbris, ex quibus plena sentẽtia constet, sicut accidit in ea oratione, quæ tota cæsa est, quod genus in collationibus maximè adhibetur, ut apud Demosth. in eadẽ oratione π. τοῦ Στεφάνου, Ἐδίδασκες γράμματα, ἐγὼ δ' ἐφοίτων. Ἐτέλεις, ἐγὼ δ' ἐτελούμην. Ἐγραμμάτευες, ἐγὼ δ' ἐκκλησίαζον. Ἐτριταγωνίστεις, ἐγὼ δ' ἐθεώρουν. Ἐξέπιπτες, ἐγὼ δ' ἐσύριττον. Hîc bina incisa sunt, binorũ membrorũ instar, quibus plena sententia cõtineatur. & priora quidẽ μέσως distinguẽda sunt: posteriora uerò quibus redditio cõtinetur, τελείως. Hoc ita esse cõfirmari potest ex duobus mẽbris, quæ post superiora incisa statim inferuntur à Demosth. Ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν πεπολίτευσαι πάντα, ἐγὼ δ' ὑπὲρ τῆς πατρίδος. Huc acccedit quòd Arist. lib. III. rhetorico de cõpositione differẽs orationis, breues huiusmodi sensus nõ κόμματα, sed μικρὰ κῶλα dicit, & quæ ex his cõ

ponuntur, μικροκώλους περιόδους: tametsi proprie periodos esse negat. Hæc cũ ad hunc modũ interpretatus essem, animaduerti doctissimum uirum Petrũ Victoriũ, qui nuper luculentissimos commẽtarios in libros rhetoricos Aristotelis edidit, in eadẽ re eodẽ modo quo nos uertisse uerbũ ἀπαρτίζω ex Demetrio Phalareo, cũ illi dicit placere, ut periodus ex mẽbris, aut incisis cõstet, quæ impleant, atq; adæquẽt sententiã quæ exponẽda est, nec deficiãt, aut superent. Id enim omnino est τὸ ἀπαρτίζειν τὴν διάνοιαν, quo ausim affirmare usum Demetriũ. Iam uerò ipsa mẽbra quoq; mediã distinctionẽ recipere ex eo satis intelligitur, quòd incisa, quia illa adæquant, eandem recipiunt. Licet autem membra ex incisis plerũq; absoluantur ac compleantur, nõ possum tamen mihi persuadere id nunc dicere Theodorum: quia exemplum quo utitur, huic sentẽtiæ nõ cõuenit. neq; enim in eo incisa partes sunt membrorũ. & alioqui ubi cõtingit esse, nõ mora, sed subdistinctio ipsis tribuitur. Si cui tamen ita libet interpretari, equidẽ nihil moror, dũ sciat id quod dixi, exemplũ non cõuenire. Καὶ τὸ τῶν κλίσεως.) *Epilogus omnia complectens quæ quatuor libris continẽtur.* ὀνομασίας.) *uariã & multiplicẽ appellationem partiũ orationis, & eorũ omniũ quæ ipsis accidunt, quæque ex ipsis cõponũtur partibus intelligit.* Ὡς ἐν εἰσαγωγῇ.) *debet enim omnis institutio breuis esse. Quicquid præcipias (inquit Horatius) esto breuis, ut citò dicta Percipiãt animi dociles, teneantq; fideles.* Μετὰ ταῦτα δέ.) *Hinc intelligitur Theodorũ intelligẽtem suorũ librorũ obscuritatẽ, explanare eos cõstituisse interrogationibus, cuiusmodi sunt quæ circũferũtur Emanuelis Chrysoloræ, Demetrij Chalcondylæ, & Emanuelis Moscopuli. Quod ut faceret, utinam ei uita suppeditasset, minus profectò laborandum fuisset eius studiosis. Tametsi me quidem certè huius mei laboris nondũ pœnitet, & si tam gratum accidisse eum intelligam, quàm utilẽ fore spero multis, multò etiam minus posthac me pœnitebit.*



Τέλος τοῦ τετάρτου.



